Q f 33

Q. F. 33

3K L 12

HHH. 1. 10.

Q. Y 33

EPITOME IVRIS VIARVM ET FLVMINVM PRAXIM

Rei Aedilis compræhendens & aliquid de Immunitate

OPVSCVLVM

D. ALEXANDRI BRVGIOTTI FLORENTINI
Romani Archigymnaſij Pub. Lectoris,

&

Romanæ Curiæ Aduocati.

ALESSANDRINA

ROMAE;
TYPIS MICHAELIS HERCVLIS. M. DC. LXIX.
SVPERIORVM PERMISSV.

OPTIMO VIRO

ILLVSTRISS. ET EXCELLENTISS. DOMINO

D. MAPHAEO BARBERINO

PRINCIPI PRÆNESTIS &c.

Alexander Brugiottus I. C. Florentinus F. I.

APES Tuæ admirandæ (Excellentiſs. Princeps) acu non feriunt, ſed ſtimulis ſalutaribus animum excitant ad virtutem, & melle beneficentiæ confouent: Hinc ego inclytæ, tantæque Nobilitatis tuæ Examen, in frondibus ſertarum, quibus Tua, & Auitum virtute inſigniris Gramineæ, Quernæ, Laureæ, atque Aureæ, recogitans, Regalium materiarum ſertam compoſitam, tibi exhibeo, verumque te Principem veneror inauguratum. Viue, & vale.

ILLVSTRISS. DOMINO

HIERONYMO

ABBATI

ANTALDO

Alexander Brugiottus I. C. Florentinus.

OPVS, quod Tua ſub vtili Cenſura vires accepit, nunc exit in lucem, vt Tuis, ac Illuſtriſſimi & Reuerendiſs. Franciſci Mariæ Antaldi tui Patrui digni Auditoris, Prouidi Principis Domini mei, Eminentiſſimi, & Reuerendiſſimi Card. Antonij Barberini S. R. E. Camerarij, ſub auſpicijs, vtiliori cultura lætetur. Vale, & auge.

Pro-

Proteſtatio ad Lectorem.

Non deſcendimus in Arenam ad certandum, ad bellandum, Legalis Militiæ Controuerſijs, diſputationibus, aut diſceptationibus, ſed vtilium materiarum ſubſtantiam breuibus diſtinctam lineis indicamus in hoc Opuſculo, vt excitatæ Militum Iuriſprudentiæ ſaniorum, & ſtrenuorum vires, publicæ, priuatæque rei, valeant eo facilius, & vtilius occurrere.

Impri-

Imprimatur ſi videbitur Reuerendiſs. P.Magiſtro Sacri Pal. Apoſt.

I. de Ang. Archiep. Vrbinas Vicesg.

Imprimatur, Fr. Pius Manardus Mag. & Soc. Reuerendiſs. P. Magiſt. Sac. Pal. Ap.

SVM-

SVMMARIVM Capitum Opuſculi.

CAP. I.

Complectitur materiam viarum in genere. fol, 1.

CAP. II.

Cuncta reſpicit ad flumen pertinentia, præcipuè circa ſeruitutes, cum declaratione variorum terminorum in cohærentibus materijs. fol. 6.

CAP. III.

Continet, initia, facultates, & qualitates Magiſtratus Aedilis Curulis, ſeu Viarum. fol. 29.

CAP. IV.

Continet modum, & praxim imponendi, & exigendi onera ordinaria Viarum. fol. 47.

CAP. V.

Continet ſeriem Portarum, & Viarum Militarium Vrbis Romæ. fol. 59.

CAP.

CAP. VI.

Reſpicit modum Taxandi, & manutenendi Vias intus, & extra Vrbem, & aliqua de Arboribus. fol.65.

CAP. VII.

Diſſeritur hic de Immunitate in genere ab oneribus ordinarijs, & extraordinarijs, & tam reſpectu laicorum, quam Clericorum, ac etiam in ſpecie Viarum. fol.94.

DE

DE VIIS.
Cap. I.

1 VIAM à vehendo dictam
dixerunt aliqui, ex ver-
bo in villis nato, vt vo-
luit *Ahaſſuer. Fritſch. in*
Syllogè var.tract.de regal viar. cap.
2 *1. n.2.* Eſt enim via per quam
tranſire vehiculum poteſt, vt ex
§.via inſtit.de ſeruitut. præd. Iſidor.
*lib.15.ethimol.Fritſch.loco cit:*Diui-
3 ditur autem in publicam,priua-
tam, & vicinalem. *l.2.§. viarum,*
ff.ne quid in loc. pub. Publica via
4 dicitur Baſilicha ex Græcis vi-
delicet regale quoddam, & ſplē-
didum; vnde & nos ſubdiuidi-
5 mus ſpecialiter in Publicas, Re-
gias, Prætorias, & Conſulares,
ſiue Militares, ex *d.l.2.d.§.viarū,*
& in generaliter publicas, vt sūt
6 vicinales, quæ tamen à princi-
pio non à priuatis vicinis earum
iter conſtitutum ſit, ex quo ha-
beat vtilitatem communem. *d.l.*
2.§.has quoque; ſicuti & via Vici-
nalis, vel Similis, quæ à Conſu-
7 lari in Villas, vel in alias Colo-
nias ducit.*d.l.2.§.priuata*, & *§.ſe-*
8 *quen.* & via quidem publica nul-
lius eſt, quo ad proprietatem:
vſus verò etiam ad priuatos per-
tinet.*§.1.inſtitut.Ciu. de rerum diu.*
Fritſch.loco cit. loca. n. publica
9 vtique priuatorum vſibus de-
ſeruiunt.*d.l.2.§.1.* quod Iure Ci-
uili conſtitutum,affirmat ibidem
gloſſ.verb. Ciuitatis ex eodem text.d.
§.1 ibi iure ſcilicet Ciuitatis: la- 10
tera tamen viarum videntur eſſe
in proprietate eorum, qui prope
eadem latera prædia poſſident,
& Domos,ad ſimilitudinem eo-
rum, qui propè ripas fluminum
prædia poſſident,*ad §.riparum in-*
ſtit.ciu.de rer. diuiſione, &c quem-
admodum enim iſti Ripę ferunt 11
incommoditates,vt incurſus flu-
minis, vel ſimilis accidentis, eo-
rumque opera, & labore plerū-
que arceantur dixit *Minſyngcr. in*
§.riparum n.4.inſtit.ciu de rer.diu. &
ibi etiam *Piccard. in n.2.* & deſu-
mitur *ex l.ſi locus in fin ff. quemad-*
modum ſeruitut.amittantur, vbi *Iac.*
*de Aren.*infert non poſſe petere 12
pretium vię à Fiſco,qui poſſidet
prædia propè viam ad ripam
fluminis, & corrupta via vi flu-
minis, tenetur præſtare locum
pro via, reddens rationem *Aren.* 13
quia videlicet debebat eam ma-
nutenuiſſe, vt tenebatur, refert
Albericus in d. l. ſi locus, §.1. verſ. 14
cuius rei,&c. Ita & ii, qui prope
vias prædia poſſident,& domos,
ferunt vicinitatis incommoda,
vt reſtaurationis,vel ſimilis *l.adi-*
les, ex §. conſtruat,ff.de via publica,
&c. & valere argumentum de 15
flumine reſpectu Ripæ ad viam,
habetur *ex l.fluminum,ff. de damn.*
infect.& ex l.vnica,§.ripar. ff.de rip.
munien.n.12.Fritſch.loco cit. cap.6.

16 n.4.Fran.Marc.d.333. hoc tamen
intelligẽdum eſt de viis publicis
Regiis, & Conſularibus, quia
vicinalium videlicet, quæ in vi-
cis ſunt, vel in vicos ducunt ex-
tra Vrbem.gloſ.in d.l.2.§.vicinales
17 verbo in vicis, &c. vicinalium in-
quam iter ex priuatorum vici-
norum collatione conſtitutum
18 eſt, & ex eorumdem collatione
manutenetur.d.l.2. ex §. has quoq;
19 & §. aliter. Via autem priuata
eſt, quæ ad priuatos pertinet, &
alio nomine dicitur Agraria, d.l.
2.§. priuata, quia ab agro debe-
tur.gloſ.ibid.verbo agrarias.Fritſch.
d.tract de regal.viar.d.cap.1.num.2.
20 ita dicitur, aut ex quo ſeruitus
conſtituta ſit ducendi ad agrum,
vt ex princ.tit.inſtit.ciu. de ſeruituti-
21 bus prædiorum: vnde illius ſolum
alienum eſt d.l.2.§.priuatæ 2. ff.ne
quid in loc.pub.Sicul.Flaccus tract.de
cond.agr. Fritſch. loco cit. vbi dicit
22 non vniuerſo populo, ſed priua-
tis Dominis ire per eas licere;
aut ex quo ducunt in agros pri-
uatorum, vt ex d.§. priuatæ 2.etiã
ſi omnibus per eas permeare li-
ceat, d.§.priuatæ 2. v.gr. antiqua
conſuetudine, vel alio iure: &
illud obiter aduertemus, quod
de via, Bart.dixit in d.l.2. §. ſi quis
23 in ſuo, &c. vt ſi ædificem in meo
fundo, & noceam viæ habet lo-
cum interdictum nequid in lo-
co public.&c.
24 Tria requiruntur ad viã publi-
cam.primũ, vt per eam publicè
ire liceat; ſecũdum, vt ſolũ illius
ſit publicum; tertiũ, vt nos ducat
in Ciuitatem, Villam, vel Colo-
niam, d.§.priuatæ ex verſ. has ergo,
&c.Matth.Steph.tract.de iuriſdictio-
ne lib.2.par.1.cap.7.n.397. Fritſch.
loco cit.n.16.

Et eſt via aut Vrbica, ſeu in- 25
tra Vrbem, aut Ruſtica. Viæ
intra Vrbem cura olim Duum 26
viris data fuit. Dion.lib.54. Mar-
quardus de Iur. commerc. lib.1. cap.
17.n.32. Fritſch d. cap.1. num.17.
videlicet Edilibus primum data 27
eſt à plebe, dum receſsit à Po-
pulo, & inde etiam reuerſa in
communionem populi ann.271
ab Vrbe cond. vt per Cuiac.in d.l.
2.§. deinde cum poſt, ff. de orig. iur.
addita inde Curulitate poſtquã 28
anno 388.ab Vrbe cond. Nobi-
lis Romana Pubes, renuente
plebe ſuſcipere onus ludorum
publicorum affectauit munus
hoc, vt Liu. recenſet lib. 2. in fin. 29
quod munus Cic.ad Attic. ma-
gnificentiſsimum dixit, & quod
nobiliſsimi Viri ſubiere; magna 30
quidem authoritate fulcitur: In
Gallia Magiſtratus Viarum eſt
Magiſtratus Regius. Iacob. Van-
dergraf.de regal.cap.34. Mornac. ob-
ſeru. ad l.8.ff. de ſeruit. ruſtic. præd.
Viarumque manutẽtio ſpectat 31
ibi ad eos Magiſtratus, qui dicũ-
tur altæ Iuſtitiæ, & conſtituti
ſunt in primo gradu dominii
publici

publici, hebenteque ius politiæ,
& puniendi crimina. *Fritſch. loco*
32 *cit.d.n.*15. In Hetruria Capitanei
33 partis, & in Statu Genuæ Patres
dicuntur, qui viarum gerunt
34 Magiſtratum. Olim Romæ cu-
ra Viarum extra Vrbem data eſt
Curatoribus Vjarum. *Dion.lib.*54
35 *hiſt.* & quatuor etiam aliquando
in Vrbe dati ſunt, *l.*2. §.30. *ff. de
orig.Iur.Georg.Eberlin.de orig. iur.in
cap.*17.*§.*20.*Sueton.In Aug. cap.*37.
36 Sicut etiam Cenſoribus floren-
te Republica Romana, *Liu. lib.*
41.& habetur apud *Cic. de Legib.*
37 Ideò docemur ſummè habitum
Magiſtratum Viarum, quarum
magnificentia in Italia adeò cre-
uerat, vt enumeret eam inter
miracula *Halicarnaſſ.antiquit.Rom.*
38 *lib.* 11. & ſummam Senatus Iu-
39 riſdictionem eminere in Magi-
ſtratu Viarum ſcripſit *Ann. Rob.
rerum iudicat.lib.*2 *cap.*3.

40 Et vtiliſsima quidem res eſt
vias,& itinera inſtruere,reficere,
41 & manutenere,adeout leges in-
diſtinctè teneri omnes diſpoſue-
rint.*l.ad inſtructionem, C. de Sacroſ
Eccleſ.l.ad portus,*C.*de operib. publ.*
42 *cum ſimilibus*; quod nec ipſa
Augusta Domus remanſerit im-
munis, *l.abſit,C.de priuil. dom.aug.
lib.*11.& refert *Fritſch. loco cit.nu.*
18. Conſtitutionem Federici II.
*Nicol. Henel. in ſuo Otio Vratisla-
uienſ.cap.*4.*pag.mihi* 35.*verſ.Corol-*
43 *larij*; nec ideò inter numera ſor-
dida reputata fuit inſtructio, &
refectio Viarum ex declaratio-
ne Imperiali *in d.l.abſit, & d. l. ad
inſtructionem cum ſimilib.* eſt tamen
inter munera perſonalia, *l.*1.*§* 2. 44
*ff.de mun.& honor. Fritſch. loco cit.
cap.*14, *n.*16. & publicè quidem 45
intereſt abſque metu, & pericu-
lo via publica vti, qua vulgo
iter fit, *l,*1.*§.*1. 2. *ff de his qui deie-
cer.* Gaudent autem via publica 46
primum, & principaliter Ciues
loci, in quo eſt, *Fritſch. in d. ſua
ſylloge tract.de regal viar.cap.*6.*n.*4.
eamque ſpectare ad Dominum 47
territorij dixit *Fritſch. loco cit. ex
num.* 10.11.*&* 13.& refert *cap.*14.
Ordines Circuli Saxoniæ Supe-
rioris in Germania in monitis
ſuis circà ordinationem Politi- 48
cam Imperij poſuiſſe Tit. de re-
paratione viarum: Salomonem
elegantiſsime aperuiſſe vias ha- 49
betur apud *Flau Ioſeph de antiquit.
Iudaic.* Romanam Remp. Deos 50
Vios (quamuis falſo ritu) ado-
raſſe refert *Frid Mindan. de interd.
t.*3 *n.* 19 Plautus dixerat Lares
Viales, & Pauſan. appellat Ap-
pollinem Præſidem viárum, at- 51
que ità habita eſt Viarum ob-
ſeruantia, ad vtilitatẽ, quinim-
mo ad neceſsitatem, vt earum 52
vſum iure gentium conſtitutum
aduerterit, *Add ad Matth Steph. de
iuriſdict.lib.*2 *par.*1. *cap* 7. *nu.*410.
vt de ædificijs habetur in *l. ex hoc
iure,ff.de inſt.& iur.*

Procedentes igitur ad inſtru-ctionem, & refectionem viæ pu-blicæ, cuius ſolius reſpectu hæc adnotanda exaramus, operepre-tium eſt benè eam diſtinguere, vt eam bene dignoſcamus, & præmiſsis conſideratis definie-
53 mus Viam publicam eſſe cuius ſolum publicum eſt certis latitu-dinis finibus diſpoſitum ab eo, qui ius publicandi habuit, vt per eam publicè iretur commearc-tur, vt expreſsè ſpecificauit *Vl-pianus in l. 2. §. Viam publicam, ff. ne quid in loco pub* ibidemque decla-
54 rat *gloſ.* certis finibus, videlicet octo pedum in porrecto, & 16. in anfracto, *l. viæ latitudo. ff. de ſer-uit. ruſt. pred.* ac itidem declarat conſtitutam ab eo, qui ius pu-
55 blicandi habet, videlicet à Prin-cipe, vel Republica habente Iu-ra Principis, *ex l. quominus, ff. de flumin. & ex l Lucius, ff. de euict. cum alijs per gloſſ. loc. cit. verb. habuit.*
56 Vndecim autem requiſita viæ publicæ recenſet *Fritſch in d. ſua Sylloge tract. de regal. viar.* paſsim, ſexdecim fere capitibus videli-cet nomen definitionem, & di-uiſionem, 2. originem, conſtitu-tionem, & inſtructionem, 3. ac-quiſitionem, & qualitatem, 4. Securitatem, 5. Libertatem tran-ſitus, 6. vectigalia, & pedagia pro illius manutenti. ne, 7. Iu-riſdictionem, 8. Curſum publi-cum, ſeu Ius Poſtarum, 9. repa-rationem, 10. amiſsionem, 11. remedia, & actiones competen-tes pro via publica. Quibus po- 57
ſitis vias eſſe inter regalia planũ eſt nõ ſolum, quia redditus om-nes, qui ex ijs dependent ad fiſcũ pertinent, ſed & quatenus Prin-cipi ſupremo, ius eſt cogendi Ciues, & Magiſtratus Prouinciæ, ac Territorij cuiuſcumque, vt eas muniant, & tutas reddant. *Carpzouu. practic. crim. qu. 90. ex n. 15. Abaſſuer. Frictiſc. loco cit. de re-gal. viar. cap. 3. n. 14. verſ. viæ publi-ca, &c.* Neque dici poſſunt ad 58
Principem pertinere perſonali-ter ex demanio, ſed ex cuſtodia, & conſeruatione publica. Prin-ceps enim duplicem habet per-ſonam, ſcilicet propriam, & Re- 59
giam, ſeu Principem, vt diſcur-rit *Limneus de Iure pub. in notit. Regn. Franc. lib. 2. cap. 7. pagin. mihi 566. verſ. omne peut, &c.* refert id *Abaſſuer. d. cap. 3. in n. 15.* obſer-uans quod inſpectio, & protectio 60
ſuprema viarũ ſpectat ad Prin-cipem.

Politiam autem ordinariam 61
omnium viarum publicarũ per-tinere ad Iudices ordinarios Lo-corum, *Abaſſuer. loco cit. verſ. pro-pterea*; ſed inſpectio ſumma, vt præmiſeram, ſicut & Politiã ge- 62
neralẽ, obſeruat prædictus Au-ctor, ſolius Principis eſt median-tibus officialibus ſuis circa Con-ſtitutionem, conſeruationẽ, abo-litio-

litionem, mutationem, augu-
mentum, & diminutionem ad-
63 dens idem Abaſſuer.loco cit. verſ.
quod autem, &c. Ius regium eſſe
iudicare, an via publica ſit, vel
priuata, cœterum acquiritur
64 via per inueſtituram conceſſam
à Principe, Abaſſuer. d. ſyllog.tact.
de regal.viar.cap.4. n.3. Item per
præſcriptionẽ, Walterius de feud.
65 lib.1.cap.9.n.4. Decian. conſ.40. ex
n.58.lib.4.Peregrin.de iur.fiſc.lib.1.
cap.2.n.6. & ſequen.& deſumitur
ex deductis à Crauet. de antiquit.
temp.part.4. Balb. de præſcript. p.5.
princ. quos omnes allegat Abaſ-
ſuer.Fritſch.d.cap.4.ex n.3.

Vt igitur ad rem noſtrã pro-
peremus indicabimus pro nunc
inſtructionem in genere, & in-
de in progreſſu opuſculi noſtri
66 magis accommodam trademus
rei tractationem: Sciamus ita-
que in determinatione viæ pu-
blicæ, ac in eius inſtructione
aduertendum ſanè eſſe ad terræ
qualitatem, ſuper qua conſti-
tuitur, vt paludoſa non ſit, nec
arenoſa, neque montium præ-
cipitijs, aut fluminum anfracti-
bus impedita (diſcurrit ſanè
prudenter Abaſſuer. præfatus in
loco cit. cap. 7. ex num. 9.) & vbi
locus, & ſitus commodiorem
67 præbeat ſemitam, vt via eo fa-
cilior dirigatur. Marquard de iu-
re comm lib.1. cap.17. num. 32. &
facit l.ædiles, ff.de via publ. &c.

Poſtquam autem via publica 68
inſtructa erit, notificari debe-
bit edicto, ſeu proclamatione,
quod ea publicè vtendum ſit.
Limn.de iur. pub. ad cap. Carol. V.
pagina 150. eius vero latitudo
quamuis à legibus conſtituta
fuerit octo pedum in porrecto,
& 16. anfracto, d.l. viæ latitudo,
ff.de ſeruit.ruſt.poterit etiam am-
plior conſtitui;hoc enim ad ne-
ceſſitatem reſtringitur, vt ad
minus intret latitudo legalis,
vbi loci incommoditas maiorẽ
non patiatur, ac vbi fluminis
impetu, vel aliquo accidenti
ruinæ amiſſa via ſit, & vicinus
proximus, viam præſtare de-
beat, ad l.ſi locus 14. §.ait, ff.quem-
admod.ſeruit.am. cum ſimilib. quia 69
nõ tenebitur præſtare vltra lati-
tudinem legalem: cum enim
naſcatur contra eum actio, ex
d.l. ſi locus in fin.iuncta d. l.viæ la-
titudo, non tenebitur vltra præ-
ſcriptum à lege: nec eo caſu 70
poſſet pretium prætendere, vt
tenet Iac.de Aren et Alberic.in d l.
ſi locus,§.1.& ibidẽ teſtatur gloſ.
non ſolere pretium reſtitui, ſed
videtur durum, quod duplici
incommodo afficiatur Domi-
nus; attamen debet talem ſer-
uitutem ratione proximitatis,&
vicinitatis, vt d.l. ſi locus: gene- 71
raliter autem amittitur via cum
ſemita corrumpitur, & interit.
arg.l.repeti 5.§.2 ff.quib mod.vſus,

*vel vſusfruct.amitt.*Fritſch.*d.ſyllog.*
*tract.de regali viar. cap.*15.*num.*2.
*allegans l.*20.*§.*2.*ff.de ſuperfic.*
72 Ad refectionem autem tenē-
tur concurrere omnes de Pro-
uincia, *Rim.Sen.conſ.*31.*lib.*1. vbi
latiſſimè de materia, & com-
73 muniter admittitur concurrere
debere ad expenſàs refectionis
viæ, qui commodum viæ ſentit
*Speidel. ſpec.notabil lib.*5. *num.*52.
74 *Beſold.Theſ pract. litt.vv.n.*22.Li-
mitatur tamen vbi conſtat de
75 uaſtationem contigiſſe facto a-
licuius particularis; tunc enim
ille primum eſſet cogendus ad
reſtitutionem viæ deuaſtatæ,
76 *Abaſſuer.*Fritſch.*loco cit.cap.*14. *ex*
*num.*20.*in fin.*Aliqui tamen cre-
didere vectigalia imponenda
eſſe pro reſtauratione viæ pu-
blicæ, ſentit *Bald. in d.l.ad inſtru-*
77 *ctionem,C.de Sacroſ.Eccleſ.*Klok.*de*
*erar. lib.*2. *cap.*77. Si verò non
ſufficiant vectigalia impoſita,&
alij ſimiles fructus tunc Terri-
torij cuiuſque incolæ pro ſua
quaque facultate obligatos eſſe
ad reparationem viæ abſque
vllo perſonarum diſcrimine,
*Fritſch.loco cit.num.*23.*poſt* Klok.*de*
*erar.lib.*2. *d.cap.* 77. Forenſes au-
78 tem collectantur ratione bono-
rum, quæ poſsidet in diſtrictu
Ciuitatis, vbi via publica repa-
ratur, *Fritſch. loco cit. ex num.*25.
per l. ſicut munera 11. *ff. de vacat.*
mun. l.honor 14. *§. viarum* 2.*ff. de*
mun.& honorib. d.l.ad inſtructionē,
*& l.*4.*§.* 5. *ff.de cens.l.*6.*§.vlt.verſ.*
nam quidam,& l.vltim.§ huiuſmodi
22.*d.tit.ff.de mun.& honorib..Boer.*
*de collect. cap.*9. *num.*18 Frantzk.
*lib.*1.*variar.reſol.*20.*n.*36.

His igitur in genere præmiſſis circa inſtructionē, & reparationē viæ,indicatiſq; perſonis taxādis,agemus de fluminibus,& de Magiſtratu,qui vijs præeſt,eiuſq; miniſtris, & inde aggrediemur ipſas taxationes, & onera pro inſtruendis, & reparandis vijs publicis, & repetemus paſsim modum, inſtruendi, reſtaurandi, & taxandi, dum percurremus opuſculi noſtri materiam.

DE FLVMINIBVS.
Cap. II.

FLumen generale verbū 1
eſt ex *l.*1.*§. item fluminū,*
& paſſim *ff.de flu* à fluē- 2
do deductum,ex *Senec.*4.*natural.*
*Decian.conſ.*58.*num.*2. *lib.*1. quod
verbum fluo ampliſsimam, & 3
vniuerſalem habet ſignificatio-
nem cum ſuis compoſitis, de
quibus omnibus ex diuerſis
Auctoribus obſeruationes refe-
runt Collectores latinarum di-
ctionum in verbo fluo, ſed cō-
muniter accipitur pro aqua,
quæ per alueum ſuum peren- 4
niter fluit; quia vbi decurſus

aquæ

aquę ſolum in hyeme fluat di-
5 citur Torrens *d.l.*1. §. *item flumi-*
num, Torrens ſcilicet rapidus,&
vehemens, iuxta illud Virgil.2.
Æneidorum,ibi, *Rapidus montano*
flumine torrens, &c. & eclog. 7.
torrentia flumina,&c.

Hinc non incongruè pręmit-
tendam cenſui ſignificationem
in materia Fluminum, vt eo fa-
cilius procedamus:

6 Et quidem de Flumine illud
pro nunc aduertendũ eſt,quod
aut nauigabile eſt, aut non na-
7 uigabile, *l.*1. *ex §.pertinet autem*,
ff.ne quid in flum. pub. non naui-
gabile eſt, quod non abundat
aqua, ſed exiguum decurrit,
adeò vt nonniſi ad irrigandos
agros, viridaria, & hortos poſ-
ſit vtique valere, quæ omnia
pro viribus examinare conabi-
mur; Sed interim varios flumi-
num terminos obſeruare libet.
8 Amnis deducitur à ſillaba, Am
quaſi ambitum indicet, & à
verbò, No, quod natare ſigni-
ficat, quaſi tortuosè, & per am-
bitum ſoleat flumen decurre-
re,ideoq; retorto cornu aquam
9 fundens pingi ſolet. Riuus cum
ſuo diminutiuo riuulus eſt prin-
cipium Fluminis à fonte fluens,
à deriuando dictus, iuxta illud
Cicer.in Topic. Tamquam riuorum
à fonte deductio; nec diſſonat de-
finitio legalis in *l.*1. §.*ait ergo, ff.*
10 *de riu.* quod locus ſit per longi-
tudinem depreſſus, vnde vt me-
lius conciliemus materiam, di-
ſtinguendũ nobis eſt, aut enim 11
naturalis erit riuus, aut artificio
diſpoſitus: Naturalis deriuat à
fonte, qui iuxta fontis maiorẽ,
vel minorem quãtitatem riuus,
ſeu riuulus dicetur, ideoq;aut 12
in publico,aut in priuato eſt,*l.3*
§.*hoc interdictũ,ff.de fonte*,& à flu-
mine diſcernitur per magnitu- 13
dinẽ,*l.*1.§.*flumen,ff.de flu.*ille ve-
rò diſpoſitus artificio erit locus
depreſſus per longitudinem, vt
d.§.*ait ergo*, ſiue in publico, ſiue 14
in priuato ſit qui aquæducendæ
cauſa conficitur, vt *d. l.*1. *princ.*
& §. *aquæ inquit*, ſit autem aut
terrenum, aut ſilicinum,*d.l.*1.§.
ſed ſi quis, & latius dicemus in- 15
fra, & cum termino riuus, con-
cordat aquæductus, ſcilicet for-
ma, quæ aquæ ducendæ cauſa
diſpoſita eſt, iuxta *l.*1.*C.de aqua-*
*duct.lib.*10.& eſt etiam ius,quod
habet aliquis aquæ ducẽdæ per
fundum alienum, §. *Aquaductus* 16
inſtit. ciuil de ſeruitut. præd. Fons
autem à fundendo aquam di-
citur, vt ex *Cæſar.de bello Gallico*
*lib.*8.*ibi*: ſub oppidi muro fons
prorumpebat, &c. & pro origi-
ne accipitur, & loco vnde pri-
mum aqua ſcatet, hinc aqua
fontana dicitur, quæ ab ipſo a-
quæ principio hauritur, & eſt
aut naturalis, quæ aut ſcatet è
venis, & meatibus terræ, aut

ſcatet

ſcatet quaſi colluarium alicuius
collis, aut artificio ad delicias
16 cõſtructus eſt, publicus eſt fons
ſi ſcateat intra ſepta domeſti-
17 corum, aut in agris priuatorũ,
quia fontis vſus eſt publicus,
etiamſi priuata ſit proprietas,
Afflict in tract.de iure protom. §.9.
n.3.ex l.diligenter, C. de aquæduct.
18 *lib.* 11. & illud ſciendum eſt,
quod fontes publici in vſum
priuatum nequeunt conuerti,
Petr. Antibol.in tract.de munerib. p.
3. §.4.n. 107. Foſſa eſt recepta-
19 culum aquæ manufactum, *l.vn.*
§. foſſa, ff. vt in flum. pub. & dici
poteſt locus manufactus ad re-
cipiendas,& corriuandas aquas
ad expurgationem viarum, &
agrorum,vt ex *l.vicinus,§. ſed &*
ſi,ff.de aqu. pluu.arc. fitque etiam
ad munimen Arcis, & Valli, à
fodio verbo dicta; fitque etiam
quandoque ab impetu decur-
rentis deductæ aquæ Fluminis,
Torrentis, aut Riuuli, qnod vt
plurimum accidere in hyeme
20 ſolet, vt aduertit *Vulpian. in l.1.*
§.ſi foſſa, ff. hoc titulo, quando
manufacta habeat publici qua-
21 litatem.

Stagnum eſt, quod tempora-
lem continet aquam, ibidem
ſtagnantem, ſcilicet non decur-
rentem; & prouenit à verbo
ſtagno, ab aliquibus accipitur
etiam pro inundatione, vt *Ta-*
citus inquit *hiſtor. lib.1. Tiberis*
corrupta ſtagnantibus aquis inſularũ
fundamenta,&c. & cecinit *Virgil.*
lib 4. Georg effuſo ſtagnante flumi-
ne,&c. & *Claudian.de Nilo.defluit,*
inquit, *Egeo ſtagnantior.* Regula-
riter tamen accipitur pro aqua 22
non defluente quaſi à ſtando
dicta, vt de profundiſſima parte
maris cecinit *Virg.1.Æneid.Imis*
ſtagna refuſa vadis,&c. habet autẽ 23
verbum ſtagnum ſignificationẽ
diſtinctam à lacu, quoniam etſi 24
lacus ſtagnare videatur, qua-
propter aliquando ſtagnum pro
lacu intellexerunt *Liu. hiſtor. lib.*
24. *anno ab Vrbe condita* 536. *verſ.*
Mantuæ, Alex. ab Alexan. gen. dier.
lib.3.cap.2. verſ. Peones. Hoc ta-
men intelligitur reſpectu abun-
dãtis aquæ, vt ex præmiſſis col-
ligi poteſt; ideoque creſcere ſo-
let lacus, & decreſcere ex *l.vici-*
nus,§. fin ff. de aqua pluuia arcen. 25
ſtagnum autem etiamſi creſcat,
& decreſcat, continet nihilomi-
nùs temporalem aquam, quæ 26
in æſtate deficit, & hyeme col-
ligitur, *l vn. §.ſtagnũ,ff. vt in flum.*
pub. nec eſt de regalibus etiamſi
conflatum fuerit ex aquis pu- 28
blicis, *Guido Pancirol. conſ.* 154.
num.6. Altograd. conſ.4. num. 25.
& etiamſi eſſent iuris publici, id 29
intelligeretur ſolum reſpectu
iuriſdictionis, non reſpectu pro-
prietatis, & reliquorum iurium. 30
Altograd.loco cit.n 126. & locus
inundatus ab aqua ſtagni non
pati-

patitur alterationem dominij. *Iaſ.in l.3.§.Nerua n.12.ff.de acquir. poſſ.Cepoll.inter ſeruit ruſtic.c.*112 *alias* 39 *de vall.nu.*9.*Io.Oinot.in* §. *flumina num.*9.*inſt.de rer. diuiſ.Al-*
31 *tograd. loco cit. num.* 119. Lacus autem perpetuam habet aquã, *d.l. vn.§.lacus,* & ex eo deriuant flumina, vt plurimum, iuxta illud *Virg.* 8. *Æneid. Deinde lacu fluuius ſe condidit alto*, *Col. lib.* 7.
32 *cap.* 105. item lacus non ſolum eſt publicus, ſed & priuatus eſ-
33 ſe poteſt, quo caſu ius piſcandi competit Domino lacus,
34 qui & poteſt alios prohibere, *l.iniuriarum,* §. *fin. ff. de iniur.* & competit actio contra auferentẽs piſces inuito Domino, *Gherard. Mazol. conſ.*4. *num.*139. *&* 147.*Vegg.conſ.*1.*nu.*33.*verſ. quia iſta, & num.*34.*verſ.tamen, & nu.* 38. *per tot.cum alijs per Altograd.*
35 *cons.*4.*num*120. Palus verò non differt à ſtagno, locuſque eſt limoſus valde, ſtagnantibus aquis, in quo iunci naſcuntur, iuxta illud, *iuncus paluſtris, &c.* & apud *Cæſarem de bello gallico lib.*7.*aqua paluſtris,Col lib.*2.*cap.*5
36 Puteus aquam continet per terræ meatus deriuantem perpetuam,dictus à verbo poto, ex *Virg.*3.*georg. Currentem lignis*
37 *potare canalibus vndam*, *&c.* ad differentiam Ciſternæ,quæ aduentitias habet aquas collectas pluuiales, cæloque purgatas,& quia imbribus concipitur non competit pro ea interdictũ de fonte,*l.*1.§.4.*ff.de font.*alij puteũ 38
appellarunt fontem *Sprenger de iur.ædif.cap.*4.*in* §.*de Puteo,* & eſt 39
aut publicus, aut priuatus; ad mundandum,& reſtaurandum 40
priuatum puteum tenetur Dominus domus, ad publicum tenetur vicinia, *Spreng. loco cit.* 41
eo enim vtuntur vicini, etiam ſi quis alius aliquo tempore eo vſus fuerit, *Spreng.loco cit* & deſumitur *ex l. ad portus, C. de ope* 42
rib. pub. item priuatus puteus poteſt eſſe communis plurium Condominorum, quo caſu competet pro eo iudicium communi diuidundo vbi ſolũ commune ſit,*l.*4.§.1. *ff. com.diuid.*& ibi *gloſſ.verb.commun.*illud 43
tamen aduertendum, quod ſi in communione ſint Dominus & vaſſallus, nec aqua ſufficiat, præferretur Dominus,vt obſeruat *Sprenger.loco cit.* Itidem aduertendum eſt, vt ſi commu- 44
nio putei ſit, vt alius proprietatem habeat,alter verò ſolum ius hauriendi aquam non cõpetat actio communi diuidundo, *gloſs. in d. l* 4. *verb. commune ſit,&c.*ſecundum azonem:quia 45
igitur diximus puteum appellari fontem, ideò competet 46
pro illo interdictum de fonte, *Spreng.loco cit. per l.*1. *ff. de fonte*, etiam reſpectũ reſtaurationis,

47 & purgationis, *dicta l.* 1.§.*fin.* &
paſſim; actio autem damni in-
fecti non competit vicino, ſi
vicinus puteum nouiter ape-
riat in domo ſua, quo aperto,
venæ putei vicini præciſę ſint,
vt ex *l. fluminum*, §. *fin. ff. de damn.*
48 *infect.* vbi redditur ratio, quia
non videtur damnum dari in
ea re, vbi quis vtitur ſuo iure,
49 verum eſt, quod fodiens puteũ
propè limitem vicini debet re-
linquere ſpatium habita pro-
portione ad profunditatem
foueæ, *Sprenger. loco cit. ſumpto*
50 *argumento l. fin. ff. fin. reg.* Oper-
cula autem puteorum etiamſi
affixa ædibus non ſint, ædium
tamen ſunt, *l. fundi* 17. §. *caſtella,*
ff. de act. empt. ibi *putealia, &c.* &
declarat *gloſs. margin. Sprenger.*
51 *loco cit.* circa fin. vbi concludit
in fine, quod latrinam ædifi-
cans propè puteum, debet mu-
rum interponere duorum pe-
dum craſſitudinis.
52 Piſcina verò eſt locus, in
quem aquæ aut ſalſæ, aut dul-
ces deriuantur ad nutriendum,
& cuſtodiendum piſces, vt ex
Varr. lib. 3. de re ruſtica, & cecinit
Martial. Piſcina Rhombum paſcit,
53 *&c.* Plinius verò appellauit vi-
uarium *lib. 9. cap. 17.* Itemque
& Caſtellum dixit diſtinguẽdo
Bero. conſ. 139. & conſ. 140. lib. 3.
& Boer. conſ. 24. in princ.
54 Balneũ dictũ, affirmant ali-
qui, à ſuccenſis lignis glandiũ
ad calefaciendum, vnde in Cę-
naculis Balnea ſunt, in quibus
aqua ponitur, & calefit pro la-
uandis hominibus, & pars illa
domus, in qua Balneum con-
ſtruitur. Balneariorum nomi-
ne venit, vt ex *Cicer. ad Q. Tit.*
lib. 3. ad cuius differentiam
Thermæ conſtitutæ ſunt, quas 55
propriè ſudatoria vocauit Se-
neca: vnde liquet Balneum pro 56
lauationibus, Thermas verò
pro ſudationibus conſtitutas
eſſe; ſed aliquando Thermæ
pro Balneis dictæ nihilominus
fuere. Balneũ autem aut priua-
tum eſt, aut publicũ, vt ex *l.* 2. §. 57
ſi quis in mari, ff. ne quid in loc. pub.
Sprenger. de iur. ædific. cap. 9. verb.
de Balneo princ. nec poteſt prohi- 58
beri vicinus, quominus balneũ
priuatum faciat iuxtà parietem
communem, quamuis humo-
rem capiat, *l. fiſtulam* 18. *circa*
princ. ff. de ſeru. vrb. niſi tamen ſit
tepidarium, quod habeat aſſi- 59
duum humorem, & ideò vici-
no noceat, *d. l. fiſtulã in fine princ.*
ff. de ſeruitut. vrb. præd. & Balneũ
in vſufructuario fundo, non
poſſe fieri ab vſufructuario, 60
cauetur. *in l. ſi cuius* 13. §. *item ſi* 61
domus, ff. de vſufruct. & ita Balnei
vſus vtilis eſt, vt aduerterint
antiqui Principes fures balnea-
rios ſeuerius puniẽdos, *l.* 1. *ff. de*
furib. balnear. & meliorẽ ratio-
nem

nem reddit *Alciat. lib. 2. parerg. cap. 38. Menoch. de arbitr. iudic. lib. 1. qu. 86. num. 27. Sprenger. l. c.*
62 *verſ qui fur. & ſeq.* Incommoda etiam proueniunt à balneis. *d. l, fiſtulam*, & refert *Guarinen. lib. 5. cap. 13. & 26.* De Thermis autē Vrbis Romæ *idem Sprenger. l. c.* & vide *Vitruu. n. 5. cap 10. & Plin. ep. 5.* de Thermis mentio fit in *Geneſ. cap. 36. Tob. cap. 5. & 2. Reg. cap. 5. Camerar. centur. 2. cap. 11.*

63 Cloaca locus cauus eſt, per quem colluuies fluit, *l. 1. §. 4. ff. de cloac.* & proponitur interdi-
64 ctum in *d. l. 1.* ne quis prohibeatur eam purgare, & reficere, nec ſolum reſpicit vicinum, ſed & aduerſus omnes perti-
65 net, *d. l. 1. §. 11.* appellatione autem Cloacæ, fiſtula compræhenditur, & tubus, *d. l. 1. §. 6. de cloac. Spreng. d. cap. 9. verb. de cloac.*
66 Non debet cloaca exitum habere in publicum, obſtat enim interdictum ne quid in loco publico, &c. *d. l. 1. §. 2. Spreng. loco cit.* Illudque demum de Cloaca firmandum eſt, poſſe eam immitti in Cloacam vicini eo etiam inuito, & quamuis de nouo facta ſit, *l. vn. ff. de cloac. Rip. de peſt. tit. de remed. ad præcau. peſt. num. 68.*

67 Latrina locus eſt ad ſtercora recipienda, & transferenda diſpoſitus, cuius feneſtra in publicum ſexquipedis eſſe debet. *d. l. 1. §. 8.* Deriuatur aqua per 68 canales, per fiſtulas, vt ex *l. 3. §. ſi quis, ff. de fonte*: item per tubos, & eripos, videlicet per fiſtulam 69 maiorem, vt ex *Cicer. lib. 2. de legib.* ibi, *ductus aquarum, quos iſti* 70 *tubos, & Euripos appellant, &c.* quemadmodum enim decurrit aqua naturaliter per terræ meatus, & venas, ita ars inſtrumenta prædicta, & loca diſpoſuit, vt eo facilius ad naturæ imitationem ad vſus publicos, 71 & priuatos aquam duceret.

Ripa fluminis dicitur id, quod flumen continet, natura- 72 lem rigorē ſui curſus retinens, *l. 1 §. Ripa, ff. de flum. Bart. in ſua Tyberiad. verb. per alluuionem n. 2. & verbo itē ripa*, & quemadmodum littus maris dicitur qua- 73 tenus hybernus fluctus maximus excurrit, *§. flumina inſt. de rer. diu. cum ſimilibus*, ita & de 74 ripa dicendum, vt ea ſit, quæ pleniſſimum flumen continet, *l. flumina ff. de flumin.* dummodo non inundet flumen aut ſu- 75 pra modum per accidens tumeſcat, vt ex *d. l. 1. & d. l. flumina*; igitur ab ea parte, quæ ple- 76 niſſimi hyeme fluminis à plano vſque ad aquam defluit, tota ripa eſt, *d. l. flumina in fin.* Agger autem diſtinguitur à ripa, quia & ſi ripæ quodammodo formam habeat, illa tamen ab 77

ipſa Natura diſpoſita eſt ad te-
nendum fluminis curſum; hic
autem hominũ induſtria con-
ſtruitur ad fluminis pleniſſimi
impetũ præcipitem reprimen-
dum, & regendum; ideoque
aggero quaſi accumulo dici-
tur, & eſt agger coaceruatio, &
accumulatio lapidum, & terræ
fixis vallis, & palis, contextiſ-
78 que arboribus, & ramis ad
muniendum; vnde *Cicer. ad At-*
tic. Oppidum cinximus vallo,
& foſſa, aggere maximo, & de
genere munitionum intelligi-
tur in *l. 1. §. ſed & ſi aliqua, ff. vt*
in flum. pub. Aggeres muros di-
xit *Ser. in illud Virg. 10. Æneid.*
79 *ipſis prælia miſcent aggeribus mu-*
rorum, &c. Et dicitur etiam ag-
ger media viarum eminentia
glarea, aliiſque materialibus
80 conſtructa, & ſtrata ad facilio-
rem tranſitum, & ſemitam
pro viatoribus, & mulionibus,
reſpuendo imbres hyemales, &
impediendo proruptiones ip-
ſius viæ. Alueus locus ille eſt
in ſolo concauo, per quem flu-
men decurrit, & fluit, dicerem
81 ego deriuatum ab alendo flu-
men; ſed quidquid ſit de deri-
uatione, fluit aqua per alueum
fluminis, riui, foſſati, & ſimilis,
& eſt alueus quodammodo
ipſius fluminis pars, quia qua-
tenus per eũ decurrit flumen,
habet eãdem qualitatem eiuſ-
dem fluminis, vt ſi illud publi- 82
cum ſit, etiam alueus ſit publi-
cus, §. *quod ſi naturali inſt. ciu. de*
rer. diu. & conſequenter ſi pri-
uatum flumen ſit, alueus quo-
que priuatus erit, ſed non ſem-
per & vbique decurrens aqua
facit alueum, quia accidentalis 83
inundatio, vel diuiſum flumen
pariter per accidens, nouiter
decurrendo extra naturalem
alueum nihil noui inducit, nec 84
iura vulnerat priuatorum, in
eorum agris, & poſſeſſionibus.
§. inſula, verſ. quod ſi aliqua, iun-
cto *§. alia ſanè inſt. ciu. de rer. diuiſ.*
Aqua enim excreſcentis flu-
minis erumpens in agros deſi- 85
nit eſſe pars fluminis. *Decian.*
conſ. 58 ex num. 2. lib. 1. per l. 1. §.
lacus, ff. vt in flum. pub. &c. & not.
in l. 1. ff. de fonte: nec facit alueũ
etiamſi modicum aquæ reman-
ſerit, dummodo flumen appel- 86
lari non poſſit. *Decian. loco citato*
per Bart. in tract. de alu. per d. l. adeo,
& ex l. 1. § 1. ff. de flum. Habet
autem alueus qualitatem non
omninò ſimilem cũ ripa, quia,
etiamſi ripa tamquam acceſſo-
ria fluminis ad inſtar littoris
maris dicatur publica, ſicut ip- 87
ſum flumen, vt ex d. §. *riparum*
l. 1. ff. de flum. & l. 1. ff. vt in flum.
pub. nauig. lic. & l. 1. ff. de rip. mun.
cum ſimilib. Et eandem oſtende-
rimus naturam, & qualitatem
aluei cũ ipſo flumine, etiamſi
cohæ-

cohęreāt vni tertio,& videātur
inter ſe æquales alueus,& ripa,
88 nihilominus diſcrepāt,quia al-
ueus eſt ōnınò vniformis qua-
litati publicę fluminis, ſed ripa
participat de qualitate priuato.
rū,qui propè eam prędia poſſi-
dent, eorum enim eſt in pro-
prietate,d.§.*riparię,verb.ſed pro-
prietas*: Et eadem quæ de ripa
89 dicuntur, etiam de via intelli-
guntur,*d.l.*1 §.*ripar.ff.de rip.mun.*
Vnde videtur ſubſtineri poſſe,
quod proprietas laterum viæ
ſit eorum,qui propè viam præ-
90 dia poſſident, quemadmodum
& ijdem coguntur viam refi-
cere, *l.ædiles,ff.de via pub.& itin.
pub.refic.*planum tamen, ſeu ſo-
lum viæ publicæ publicum eſt,
*l.*2.§.*viam,ff. ne quid in loco pub.*
quemadmodū diximus de alueo
91 fluminis, vnde partes laterales
viæ, quia cōtinent ipſam viam
ad inſtar ripæ, in proprietate
erunt illorum, vt diximus, qui
propè viam prædia poſſident,
92 qui & arbores ibi plantare, nō
tamen plantatas recidere po-
terūt impunè, quamuis valeat
argumentum de flumine ad
viam publicā. *l. fluminum princ.*
93 *ff.de damn inf.* quinimmo iden-
titas rationis eſt vtriuſq;*l.*1.§.2
ff.vt in flum.pub. &c. conſidera-
tur, ac deducitur à *Surd. conſ.*
94 321. *ex num.* 39. & antea à *Bart.
in l. quominus in num.* 10. *verſ.&*
idem iuris eſt, ff de flumin. Quin-
immo & eadem determinatio
ripæ fluminis reſpicit etiam
viam,*l vnica,§.ripas,ff.de rip.mu-
nien.* vnde pariformiter deter-
minari debet, *ad l.nam hoc iure,
ff.de vulg. & pupillar. ſubſt. &c. l.
quamuis.C.de impub. & alijs ſubſt.*
Attamen arbores non poterūt
recidi, vt præmiſeram, quia
tolleretur vtilitas vmbræ via-
toribus, & commodum,& or- 95
natum publicum; ſicuti neque
in ripa cædi poſſunt arbores,
quæ pro publico commodo
poſſunt inſeruire. *Myſinger.in* §. 96
*riparum litera E. inſt. ciu. de rer.
diu.* & hæc pro terminorum
explicatione dicta ſufficiant,
quod ſi qui alij ſeſe offerant in
opuſculi huius progreſſu ex-
plicabimus opportunè.

Reſumentes igitur fluminū materiam, primò agemus de iure fluminum in genere, ſecundo de alluuione: Ergo ad primum:

Quemadmodum à minimis principijs ignis accendi ſolet, ita flumen á tenuiſſimis maceriarum, & grumorum natura denſatis in antris montanis, lacrymis, & humoribus ſua recognoſcit prima principia vt plurimum, quæ ſcatentes in riuulum, augentur inde, alijs in decurſu accedentibus humoribus, adeòut paulatim fluen-

fluēdo creſcat,repleatur aquis,
& euadat in riuum,ac denique
decurrat in flumen. Poteſt ta-
men eſſe & publicum,& priua-
tum, & tamquam riuus, & tā-
quam flumen, vt præmiſimus,
quoad priuatum non eſt pro-
roganda tractatio; ſat enim eſt
dicere, quod cum ſit in vſu, &
proprietate priuati Domini,po-
terit hic ad libitum diſponere
tamquā rei ſuę moderator, &
97 arbiter *ad dict. l. in re mandat. C.*
mand. Myſing. in §. *riparum inſt. ciu.*
de rerum diu.

Difficultas oriri poteſt, &
cauſari à riuis, & fluminibus
98 publicis: Loca enim publica,
& res ad publicum conſtitutæ
vtique priuatorum vſibus de-
ſeruiunt. *l.* 1. §. 1 *ff. ne quid in loco*
pub.&c. quia inſatiabilis eſt hu-
manum deſiderium, & inte-
reſſe ex auri cumulādi auidita-
99 te,vrget hoc,& auida mens fa-
cilè deuiat ab honeſtate, iuxtà
gloſ. in c. virū diſt. 47. verb. mens per
c. nihil diſt. 83. & c. benè in princ.
diſt. 96. vndè quilibet auferre
conatur iuxtà ſtimulum men-
tis, & intereſſe; & hinc propte-
rea oriuntur lites, & contro-
uerſiæ, quæ ſepè ſepius erum-
pere ſolent in rixas, in pugnas,
in bella, in eccidia: Quoniam
igitur in principio fluminum,
& riuorum aquæ tenuitas vix
inſeruire poteſt pro irrigandis
agris & hortis, ideò ab irriga-
tionis iure incipiemus: inde
verò de manutentione riparū,
& de arboribus ibi plantandis,
de iure piſcandi,& de piſcinis,
ac inde de aliis ordinatè age-
mus, circa varias ſeruitutes, &
iura, præcipuè Molendinorū,
aliarumque Machinarum. In-
terim tamen ſciendum eſt in- 100
terdictum de riuis,de quo *in ff.*
cod. tit. non competere pro ri-
uis, aut riuulis,de quibus nunc
agimus diſpoſitis à natura; ſed
pro riuis arte conſtructis ad a-
quam ducendam, *l.* 1. §. *ait ergo,*
&c. iūcta l. 3. *& paſſim, ff. de riu. &*
iunctis l. 1. *& toto tit. C. de aquæduct.*
lib. 11. Nos,vt pręmiſi de riuis
naturalibus intelligimus quos
diximus eſſe aut publicos, aut 101
priuatos, & videndum eſt an ex
quo publicæ res priuatorum
vſibus debent inſeruire, *d. l.* 1.
§. 1. *ne quid. in loc. pub. &c.* poſſint
qui vicinos habent hortos, &
agros aquam ex riuo publico
ducere ad irrigandum, & affir- 102
matiuè reſoluendum eſt, quia
ſupponimus riuum non eſſe
aquæductum publicum muro
conſtructum, vt ex *l.* 1. *princ. C.* 103
de alluuion. quo caſu nemo po-
teſt aquam ducere, *l. ſi quis,* &
ibi *Bart. C. de Aqued. lib.* 11. ſed
intelligimus, vt præmiſſum eſt,
de riuis per naturale alueum
decurrentibus, & excludimus
omninò

omninò alterius damnum, aut
104 iniuria, ad *l.* 1. §. *plerumq*; & paſ-
ſim *tit. ff. ne quid in loc. pub. Hip.*
Rim. conſ. 86. *in n* 11. *& deſumitur*
ex l ſi cui ff. de ſeruit. item intelli-
105 gimus de riuo non nauigabili,
qui non eſt de Regalib. Princi-
pis, niſi faciat aliud flumen na-
uigabile, vt ex *c.* 1. *quæ ſint regal.*
Iaſ. in l. quominus, ff. de Flum. not 6.
Hip. Rim. cons. 81. *num.* 5. *verſ. quo*
ſtante; nec intrat interdictum
l. 1 *ff de flumin.* quia tex. expreſ
sè loquitur de fluminibus na-
uigabilibus, aduertens ad im-
106 pedimentum nauigationis, vt
exprimunt ipſa verba edicti, &
conſequenter ceſſante ratione
finali legis, ceſſat diſpoſitio.
Tiraqu tract. ceſſant. caus. in princ.
n. 125 *Paris. conſ.* 101. *n.* 129. *lib.* 1
Surd. conſ. 272. *num.* 9. *Gratian. diſc.*
558. *n.* 25. *Rot. in recen. p.* 8. *dec.* 11.
107 *num.* 6. Et pendet à, ſuppoſito,
quod in caſu edicti, *d. l.* 1. eſt na-
uigatio, qua ceſſante, ceſſat di-
ſpoſitio eiuſdem legis, ex *l.* 1.
§. *nihil, ff. de inoff. teſt. Rum. conſ.* 85.
n. 12. *in fin. lib* 4. *Surd. conſ.* 359.
n. 4. *Rot. coram Lodouiſ. d.* 386. *n.* 4.
& in recen. p. 8. *d.* 242. *ex num.* 12.
108 Sed & concurrere debet, vt nõ
ducatur aqua cum iniuria vi-
cinorum, iuxtà *l. Imperatores*
17. *ff. de ſeruit. præd. ruſtic.* & iuxtà
109 ſenſum *Bar. in repet. l. quominus*,
ff. de flum. ex riuo enim non
nauigabili, nec faciente flumen
nauigabile licet cuique aquam
ducere ad irriganda prædia,
Bal. conſ. 463. *lib.* 4. *Caſtr. conſ.* 65.
& conſ. 257. *lib.* 2. *Crauet. conſ.* 124.
n. 5. *Hip. Rim. conſ.* 81. *n.* 5. *verſ.*
quare ſicut. &c. Amplius & per- 109
mittitur aquæductio ex flumi-
ne publico in *d. l. quominus*, niſi
Princeps vetet, aut flumen na-
uigabile ſit, vt præmiſimus, vel
faciat aliud nauigabile, vt ex-
preſsè diſponitur in *d. l. quomi-*
nus, & ibi *gloſſ.* niſi riuus ſit ar-
te diſpoſitus, & muro conſtru-
ctus, quo caſu nemo poteſt 111
ducere, & vti aqua ad irrigan-
dos hortos, agros, & viridaria,
niſi doceat legitimè compete-
re ei ius ab immemorabili, ex
l. vſum C. d. titul. de aquaduct. vel 112
habeat legitimam conceſsionẽ
Principis, *l. diuinam d tit. de aqua-*
duct. Item niſi ducens reſtituat
in idem flumen fiſtulam aquæ
ab illo ductæ antequam ingre-
diatur in aliud, quod per id
redditur nauigabile, quia tunc
pariter ceſſat ratio finalis, quæ
erat ne impediretur cauſa effi-
ciens nauigationis: ingreditur
enim flumen cum ſua aqua, &
conſonant deducta a *Surd. in*
conſ. 321. *num.* 38. *lib.* 3. quod ſci-
licet permittatur cuilibet aquã 113
ducere, etiam ex publico flu-
mine, dum non præiudicet na-
uigationi, & allegat ad hoc *Bal.*
in rubr. ff. de rer. diu. ſpec. & alios

citatos

citatos à Iaſ. in l. quominus num. 13 *& ſeq. ff. de flum. & ib. Rip. nu.* 17. & melius concludit idem *Surd. conſ.* 482. *ex num.* 5. vbi plures cumulat, in caſu, quo ad idem flumen reuertatur, vt de aqua fluminis Bononiæ, *Bart. in d. l. quominus n.* 1. *ff. de fluminib.* Illud autem aduertendum eſt, cum ſupponamus riuum habentem naturalem alueum non muro
114 fabricatum, quod impediri nõ debeant Domini agrorũ propè ripas plantare ibi arbores ſecus decurſus aquarum plantari ſolitas; propriæ vtilitati conſulentes, ceſsat enim pariter
115 interdictũ, & prohibitio Principis, ne quis arbores plantet xv. pedibus propè aquæductus, de quo in *l.* 1. *§. fin. & ex l. decernimus, & paſſim tit. C. de aquæduct. lib.* 11. Ibi enim exprimitur de aquæductibus muro diſpoſitis, & conſtructis, quia poſſunt arborum radices murũ ſubruere, ſed ceſsat circa naturalem alueum; radices enim aquæ curſum non impediunt, & potius opacant, ad oblectamentum, deambulantes, & viatores.

116 Inſuper poterit quilibet in riuo, ſicut in profundioribus partibus dũ euaſerit in flumen liberè piſcandi ius prætendere, & actu exercere, vt ex *§. flumina inſt. ciu. de rer. diu. cum ſimilibus*; adeòut competat actio iniuriarum contra prohibentem, *l. iniuriarum* 13. *§. vlt. ff. de iniur.* niſi 117
Princeps reſeruauerit ſibi piſcationem, redditus enim pi- 118
ſcationis eſt de regalibus, *cap. vn. quæ ſint regal. in vſib feud. Afflict. ibid. verb. piſcationem*, & alios allegat, & poſt eum *Altograd. d. conſ.* 4. *num.* 81. maximè in flumine publico, vel etiam in foſſa; ſi tamen tamquam ramus 119
fluminis publici deriuaret ab eo quod tunc eſset pariter de regalibus Principis, cum parti- 120
cipet de qualitate ipſius fluminis, *l. foſsa, ff. de flumin.* quinim- 121
mò dicitur Principem poſse cuicumque concedere aquam fluentem etiamſi priuati ſit iuris, *Ruin. conſ.* 191. *ex num.* 11. *lib.* 1.

Proſequentes igitur ſecus riuum, quo inferius tendimus, 122
creſcet aqua, & poterit ratio haberi non modo de irrigatione, de qua etiam fit mentio in *l. ſi manifeſtè, & in l. ſi tibi ſeruitutem, C. de ſeruit. & aqu. & in l.* 1. *§. illud quæritur, ff. de aqu. quotid. & æſtiu.* & de piſcatione, ac etiam de molendinis, & aliis machinis, quæ ad aquæ curſũ extrui ſolent, videndumque de facultate, & iure in genere huiuſmodi materiæ,

Varijs, & diuerſis machinis 123
& ædificijs confert aquæ ſeruitium,

tium,vt ex deductis à *Bart.in d. l. quominus nu. 2.v. bis expeditis, & c.ff de flumin.* verum quia omnes regulantur cum molendino, reſpectu artis deriuandi, & diſponendi curſum aquæ impetuoſum, ad impellenda inſtrumenta quibus machina mouetur,vt facilior reddatur ad opus;ideo de molendino dicemus idem de aliis intelligendo: Sed præmittendum eſt pro quadam generali regula, & cognitione materię

124 fluminum; quod flumina etiã nauigabilia licèt quoad vniuerſale dominium ſint Imperii, quo tamen ad particulare, ſunt illarum Ciuitatũ, & Dominorum,per quorum Territorium tranſeunt. *Rimin. Sen. conſ.444.ex nu.1. cum concordantibus*; eſt enim communis Doctorum ſententia in hac materia.

125 Primum igitur quæremus an liceat priuato habere Molendinum in flumine publico, & licere ſupponit *Bart. in di-*
126 *cta l. quominus, numer. 3.* licitum autem arguit ibidem *Bart. ex num. 3. & 4.* ex tribus videlicet ex reſcripto Principis,vel Senatus per *l.quod Principis,ff.de acqu. pluu.arcen. & l.1. §.permittitur,ff.de aqu.quotid. &c.*
127 item ex permiſſione legis municipalis validæ,vt ex *l.3.§.plane,ff.quod vi,aut clam,&c. & not. in l.1.in princ.ff.ne quid in loc.pub. Bart.d num.4. verſ. ſed hoc.* Ac denique ex præſcriptione immemorabili, *Bart. loco cit. verſ. itẽ habetur per l. ex hoc iure, § ductus aquæ ff.de aqu.quotid & æſtiu.*

Sequitur ſecundò quærendum cum *eodem Bart.l c.num.2.* an liceat facere molendinum nouum in præiudicium veteris, & pro affirmatiua habemus *l. flumminum 24. §. vltim. verſ.neque enim, l.proculus 26.ff. de damn. infect.* & plures auctores citat *Harpreck. in tit. inſt. de rer.diu.p.1.diſp.9. num. 18. lit. c.* contra videtur facere *gloſ. in d.l.quominus in verb.aqua,*vbi nõ determinat expreſsè, inclinat 128
tamen in negatiuam ſententiam per *l.1.§ ſunt autem qui, ff.* 129
ne quid in loc. pub. forſan quia ibi textus loquens de munitione ripæ, firmat nõ eſſe muniendas ripas fluminis cum Incommodo accolentium,per *l.2.§.merito,ff.ne quid in loc. pub.* vbi pariter firmat textus, non 130
eſſe permittẽdum aliquid fictum in publico cum iniuria alte- 131
rius;& idem videtur ſupponere *gloſ. in l. si quis ex argentarijs, §.si initium,ff.de eden. in verb. rationis, vbi citat l.1.§. ſicut autem, ff.de aqu.pluu. arcen.* datur enim ibi actio aquæ pluuiæ arcendę ſi ex opere facto aqua pluuia

noceat vicino ; & idem habe-
tur ex §. *antecedenti*, quemad-
modum idem deſumitur ex
l.2. §. *apud namuſmam*, *&* §. *ſe-*
quen. ff. de aqu. pluu. arcen. & vbi-
que gloſ. Pro contraria verò
ſententia facit *l. fluminum* §. *fin.*
de damn infect. vbi concluditur
132 quod vbicumque vtor iure
meo poſſum præiudicare vi-
cino. ſecundo idem habetur
in *l. proculus d. tit. ff. de damn. in-*
fect. Bartol. diſtinguit *in d. l. quo-*
minus num. 2. verſ. aut flumen, &c.
quod videlicet aut flumen e-
rat priuatum illius, qui primo
habuit, & illius qui ſecundo
133 fecit, & tunc qui ſecundo fa-
cit, poteſt licitè facere ſi hoc
principaliter facit, vt ſibi pro-
ſit (ſecus autem eſſet ſi animo
nocendi faceret, vt ex *l.* 1. §.
134 denique.) Aut flumen erat
publicum, & tunc aut primus
habuit molendinum licitè, aut
135 non licitè, ſi licitè, non pote-
rit ſecundus præiudicium af-
ferre, impediendo ei lucrum
quod licitè habuit ex publi-
136 co, vt ex *d. l. 2. §. merito, ff. ne quid*
in loc. pub. Si verò non habuit
licitè, poterit ſecundus illi
præiudicium afferre per *Cyn.*
in l. ſi manifeſtè, C. de ſeruit. & aqu.
& hanc ſententiam *Bart. in l. c.*
putat veram *d. n. 2. in fin.*
Diſtinctio tamẽ liciti, & illici-
ti nõ rectè reſoluit quęſtionẽ:
ſcitur enim illicitum nunquã
admitti, vt benè deſumitur ex 137
l. placuit ff. de vſur. & deſumitur
ex *Boſſ. tract. de homicid. num. 93.*
cum ibi alleg. & Farinac. ex q. 160.
paſſim per tot. Sicuti nec videtur 138
ad rem facere diſtinctio flu-
minis priuati, quia notiſſimũ
eſt quemlibet in re ſua eſſe
moderatorem & arbitrum,
vulgata *l. in re mandata, C. man-*
dati, c. de his, de ſepult. Abb. conſ. 6.
ante num. 1. verſ. nam in ſua cum
ſimilib. neque competit inter- 139
dictum ne quid in flumine
publico, &c. vbi in flumine
priuato ſumus, *l. 1. §. item ſi am-*
nis, ff. de flumin. niſi aliqua ſer-
uitus conſtituta ſit, quod iux-
tà conuentiones, & pacta re-
gulabitur, vt ex §. *ideo inſt. ciu.*
de ſeruit. præd.

Igitur diſtinctio noſtra ſim-
pliciter concipietur quod in
flumine publico, aut facultas
data ſecũdo faciendi molendi- 140
nũ ſuperius eſt ampla, & libera
& poterit prĕiudicare primo
molendino ſibi inferiori ; ete-
nim Princeps, & Cõmunitas
habens ius Principis poteſt tri- 141
buere facultatẽ ſibi bene viſã
in flumine cuilibet, quia flumi 142
na publica, vt præmiſimus, ſunt
de regalibus Principis, vt latè
in tit. quæ ſint regalia in vſib. feud.
quinimmo & poteſt Princeps 143
concedere aquã profluentem,
etiam

etiam priuati iuris, vt pariter
præmiſimus ex *Ruin. conſ.* 191.
n. 11. *lib.* 1. & præiudicare ter-
tio, vt ex *Auth. Res quæ, C. com*
de leg. & ex l. ſi quis ſepulcrum C.
de relig. & ſumpt. funer. Caſtr. conſ.
144 229. *in fin. & conſ.* 288 *col.* 2. *lib.* 1
Alex. conſ. 101. *lib.* 1. & nemo
poteſt illi dicere cur ita facis,
&c. *Bald. in probem. feud. num.* 34.
Cagn. in l. totũ in fin. ff. de reg. iur.
Topius de auct. Princ. ſecul cap. 7.
Nõ idem eſſet ſi ſecundus qui
eſt ſuperior ædificaret molen-
145 dinum auctoritate non Prin-
cipis, ſed Iudicis, quia Iudex
non habet auctoritatem Prin-
cipis, etiamſi auctoritatem ſi-
146 bi aſſumat, ex *l.* 1. *ff. de off. preſid.*
nec poteſt concedere faculta-
tem fabricandi opus in publi-
co, quod publico vſui obſtet,
l. 2. *§. ſi quis nemine ff. nequid in lo-*
co pub. nec quod præiudicet
vicinis, *Bart. in l. fluminum nu.* 2.
uer. hoc modo ff. de damn. infect. per
l. ſi finita §. ſi quid vitio ff. eod. tit.
Aduertendum eſt etiam, num
147 per nouum molendinum in-
feratur præiudicium nauiga-
tioni illius, vt deſumitur ex *l.*
ſin autem §. fin. ff. de aqu. pluu. ar-
148 *cen.* & an fiat ad ſecurius mu-
nimen ripæ, aut ad proprium
commodum, vt ex *l. vn. §. ſed*
& ſi aliqua ff. vt in flum. pub. &c.
149 ſed ſi non ad munimen, &
vtilitatem, ſed nocendi animo
fiat poterit impediri, iuxta
gloſſæ ſuppoſitum in *l. Flumi-*
num. §. item videamus verb. non
teneri ff. de damn. infect. & firmat
Sprenger. de iure ædific. cap. 6. *de*
forma. V. vel animo, etc. per d. l. flu-
minũ §. fin. & per l. 5. *ff.* ex quibus
cauſ. ma. Soccin. iun. conſ. 76. *vol.* 2.
Franc. de Ripa in l. de pupillo, §.
meminiſſe, num. 34. *ff. de damn. inf.*
ibid. poſt gloſ. Corraſ. lib. 3. *miſcell.*
cap. 14. *num.* 5. quia tnnc tene-
retur de dolo, *gloſ. ibid. per l.* 1. 150
§. denique, ff. de aqu. pluu. arcend.
arg. l. merito, ff. pro ſoc. Itemque
aduertere debebit Iudex an
damnum modicum ſit, vel 151
maximum, vt ex *gloſ. in l. pro-*
culus verb. aquam meam vers. &
ſic in damno ff. d. t. de damn. infect.
& ex cõſideratis, & deductis à
Bart. in repet. d. l. quominus, in n. 21
verſ. nam ſi ædificans, ff. de flum.
Cæterum regnlariter priui- 152
legium quod concedit Prin-
ceps fabricandi molendinum
in flumine intelligitur ſine
incommodo alicuius, *Spec. de*
cauſ. poſſ. & c. cap. 2. *num.* 18. *verſ.*
nam ſi quis per l. 2. *§. ſi quis à Prin-*
cipe, ff. ne quid in loc. pub. l. 1. *§. de*
eo opere, ff. de aqu. pluu. arcen. c. gra-
ue de offic. ord. c. fin. de maiorit. &
obed.
Quid dicendum de clauſura 153
facta in flumine publico, & de
iure piſcandi? Quoad cluſam,
vt eam vocãt DD. in hac ma-

teria, videlicet quod poſſit fie-
ri clauſura à priuatis in flumi-
ne publico: de tali enim loqui-
mur, & conſequenter de re,
cuius vſus eſt communis ex
154 prædictis, & ex §. *flumina inſt.*
de rer. diu. & quidem puto di-
ſtinguendum, aut facit clau-
ſuram, ſeu cluſam, qui propè
155 ripam prædia poſſidet, aut ex-
traneus, ſi extraneus aut ædifi-
156 cat abſque licentia Principis,
& non poteſt, *d. l. quominus, ff. de*
157 *flum.* aut impetrata licentia,
& poterit, dummodo tamen
vſum fluminis, & riparum nõ
158 impediat, quia eo caſu niſi tu-
tetur conceſſione Principis, nõ
poterit, vt ex prædictis oſten-
159 dimus. Si autem faciat qui
poſſidet prædia propè ripam,
160 cum habeat proprietatem ri-
pæ, & habeat ius in flumine
ſaltem vſque ad medietatem,
quapropter natam ibi inſulam
acquirit, *§. Inſula Inſt. de rerum*
diu. l. adeò ff. de acquiren. rerum
dom. aliud dicendum videre-
161 tur, aduertentes tamen, ius
quod habet in flumine vſque
ad medium reſtringi ad ea,
quæ caſu obueniunt, vt de
162 inſula dicitur in locis allegatis,
vnde non poterit liberè face-
re in flumine induſtrialia, nec
etiam in ripa, in qua proprie-
tatem habet, maximè vbi pu-
163 blicus vſus impediatur, arbo-
res autem plantare quidem
poterit, quia ſeruiunt potius
ad munimentum ipſius ripæ,
ſed non ita confusè, vt vſum 164
publicum impediant. *Myſinger.*
& alij in §. riparum Inſt. ciu. de rer.
diu. occaſione autem inſulæ il- 165
lud aduertendum eſt, ſeu po-
tius repetendum ex *l. pen. §.* 166
idem iuris ff. de aquir. rer. dom.
quod inſula in flumine, vel in
lacu publico nata, aut cohæret
alueo, & plano terræ, & acqui-
ritur eis qui propè ripam præ-
dia poſſident, *d. l. adeo §. inſula, ff.*
d. t. de aquir. rer. do §. inſula inſt. 167
ciu. de rer. diu. ſed quæ naſcitur
ex compactis in aqua virgul-
tis, nec ſolum, ſeu terrenum
tangit, ſed per aquam moue-
tur, publica omninò eſt *d. l. pen.*
§. videamus. Ex quibus infer- 168
tu, non poſſe liberè cluſam fa-
cere in flumine poſſidentem
prædia propè ripam, niſi ad
munimentum ipſius ripæ.

Reſumentes igitur materiã 169
clauſuræ in flumine, viden-
dum eſt quid reſpondere de-
beamus ſi quæſtio cluſæ inter
Principes vicinos ſit, vel inter
vicinos Feudatarios, per quo-
rum Territorium fluat, ſuper
quo conſulendo *Bart. in d. l.*
quominus ex verſ ſexto quæro &c.
& ſeqq. deſumitur, primum 170
ædificantem præferendum eſ-
ſe; æqualia enim ſupponimus
iura

iura vtriuſque Principis, ſeu
Domini reſpectiuè, ſuper flu-
mine, ideoque cæteris paribus
vbi commune admittamus
flumen inter vtrumque, prior
in tempore ædificans, ſit po-
171 tior in iure ædificati, iuxtà re-
gulam *l. ſi non, ff. qui potior in*
pign. gloſſ. fin. in l. ſi & iure ff. eodē
tit. Caſtr. conſ. 411. *lib.* 2. & deſu-
mitur *ex l. Titius eod. tit.* & quia
de iure Principum ſuper flu-
minibus eorum Principatuum
non eſt ambigendum, & in
172 diuiſione Regnorū cedere, &
venire flumina publica firma-
uit, *Archid. in c. Eccleſias* 12. *q.* 1.
Bal. in c. 1. §. *ſi quis de manſo, in tit.*
ſi de inueſtit. feud. controu. fuer. in
vſib. feud. quē allegat *Lauden. de*
Principib. q. 324. videndū eſt re-
ſpectu Baronū, & aliorum Do
minorū[minorum, quid agen-
dum ſit, & aduertere debemus
173 primo quod regulari debet
iuriſdictio à conceſſione feu-
di eidem facta, quæ maior, &
minor eſſe poteſt, & propterea
ad illius qualitatem recurren-
dum eſt, vt in caſu deriuatio-
nis aquæ inter Ciues, & Baro-
nem ad irrigandos agros ex
flumine perenni non nauiga-
174 bile, deſumitur ex caſu *Franch.*
dec. 183. *ex num.* 2. *&* 3. *& paſſim*
175 *Ibidem*. Et communiter debe-
mus diſtinguere, an habeat
quis Ius ſeruitutis, vel vſum
tantum pro dirigendo ſuo Iu-
re in iudicio, quia ſi habet Ius, 176
poterit directè agere; ſi verò
habet ſolùm vſum, non ius, 177
ſubuenietur ei per officium
Iudicis, ſi impediatur. *Bart. in*
l. de vſu, ff. de var. & extraord. co-
gnit. refert, & ſequitur *Henriq.*
de molendin. qu. 58. *in n.* 16. *verſ. ne*
in vſu, &c. & quatenùs non
modo impediatur quis, ſed il-
licitè reſtagnetur aqua, tam
in caſu hoc, quam in ſuperio-
ri diſtinguendum eſt, quod
aut flumen eſt priuatum, aut
publicum, ſed Baroni conceſ-
ſum, & tunc aut erit quæſtio
inter Ciues, & poterit Ciuis in 178
flumine priuato ędificare clau-
ſuram, ſeu cluſam, & molen-
dinum ad ſui vtilitatem, etiāſi
vicino noceat, latè *Tuſch. lit.*
A. *concl.* 807. *paſſim ibidem per*
Maccabrun. conſ. 49. *Bero. conſ.* 139
lib. 3. & alios, quos citat. Aut 179
agetur inter Ciues, & Baronē,
& aduertendum erit ad con-
ſuetudinem introductam cum
cauſa, aut continua, aut diſcō- 180
tiuua, & ad formam conceſ-
ſionis feudi, & ſecundum fa-
cti contingentiam proceden-
dum erit ad deducta per *Frāch.*
d. dec. 183. Aut quæſtio erit in-
ter Ciues in flumine publico,
& de hoc ſatis dictum fuit, & 181
deductum, circà illationem
præiudicii, & damni per clu-
ſas,

ſas, & molendinos. Atque vltra à nobis ſupra abundè deducta in ſuis loculis, ex me-
182 dulla legum, etiam aduerti poteſt ad Hypolit. *Rim. conſ.* 81. *lib.* 1. in cauſa molendini inter Dominum, & Vaſſallos, & latius conſulendi ſunt *Bart. in d. l. quominus de flumin. & d l. Fluminum, ff. de damn. inf. & vbique Iaſ. Weſembec. conſ.* 197. *ex n.* 26. 27. *&* 31. *Cepoll. de ſeruitut. ruſt. præd. Tuſch d litera* F. *concl.* 405. *&* 407. *Bertach. verb. molendinū. Rip. in d. l. quominus ex num.* 45. 46. *&* 50. *Caſtr. conſ.* 357. *lib.* 2. *Maccabrun. d. conſ.* 49. *Bertrand. conſ.* 296. *num.* 4. 5. *&* 9. *p.* 1. *vol.* 2 Mod. *Piſtoris conſ.* 19 *vol.* 1. *Item Weſemb. conſ.* 67. *num.* 24. *&* 25. *Meier. ad tit. ff. ne quid in flum. pub. theſ.* 7. *circa fin. ac denique Henriq. de molendin. qu.* 17. *ex nu.* 29. *et* 31. *et quæſt.* 58. *ex num.* 16.
183 Nec illud denique omittendū generaliter de aquis fluentibus, & iure vicinorum, vt vicini inferiores teneantur de iure recipere in eorum agris, et poſſeſſionibus aquas pluuiales decurrentes ab agro, et poſſeſſione vicini ſuperioris, *l.* 3. *ff. de aqu. pluu. arcen. et paſſim repetit* Cepoll. *in ſuo opuſc. de ſeruit. prædior.*

Et propterea quia materiā in hoc noſtro Capitulo leui manu peruoluimus, et ſummariè diſcurrimus, percurremus alto pede ad aliquas alias obſeruationes in materia flu-
minum, etiam ad fortuitos 184
caſus in alluuionibus, et in Inſulis, et quidem Alluuio in terminis noſtris dicitur incrementum latens terræ adiectæ latenter à flumine agro noſtro, adeòut cognoſci non poſſit, quātum ex ea quoquo temporis momento adijciatur, vt habemus in §. *præterea quod per alluuionem inſtit. de rer. diuiſ. Bapt. Aym. de alluuion. lib.* 1 *c.* 2. *n.* 2. *Io. Ghryphiandr. de Inſulis in cap.* 18. ſtrictè autem de- 185
finiri poteſt, quod ſit incrementum, ſeu decrementum latens agri noſtri ex flumine publico: & quidem incremētum, ſeu decrementum latens: 186
Etenim venit alluuionis verbo, etiam id quod latenter perit, vt ex *l. id quod in princ. ff. de peric. et comm. rei vendit. Aym. de alluu. d. lib.* 1. *cap.* 1. *circa fin. poſt Az. in ſum. C. de alluuion. gloſſ. in l. Martius, verb. trans viam, ff. de acquir. rer. domin.* Communiter 187
autē accipitur pro incremento *d. §. præterea, l. ſi Titio in fin. ff. de vſufruct. l. quod in rerum, §.* 2. *ff. de leg.* 3. *l. ſi conuenerit. § ſi nuda, ff. de pignorib. l. ex mille, ff. de euiction. et in l. ſi patronorum, §. fin. ff. de bon. Libert. l. adeo, §. præterea, ff. de acquir. rer. domin. Aym. d. tract. de alluu.*

alluu.d.cap.2.verſic. fin.& cap.3. paulò poſt princip. vbi plures citat auctoritates legum. Dici-
188 mus autem ex flumine publico, quia flumen priuatum non poteſt parere alluuionem, *ex l.lacus ff.de acquir.rer.dom.* vel
189 ex regula quod noſtrum eſt, amplius noſtrum fieri nō poteſt: quidquid aduertendum poſſit contingere in flumine
190 priuato duorum, qui quidem caſus (rarò accidens) regulari deberet ad ſimilitudinem pu-
191 blici, vbi enim particulariter prouiſum non reperitur, proceditur ad caſus ſimiles ex vulgatis iuribus. Tria autem alluuionem ſignificare dicit *Aym.loco cit cap.2. in princ.* Primum eſt, quod denotat ſubſtantiam alluuionis, videlicet agrum ipſum alluuium, ſecūdum eſt actum ipſum alluuionis, tertium autem eſt quod iuris effectum ſortitur & no-
192 men ad ſimilitudinem verbi poſſeſſio, quod tria pariter ſignificat, ſcilicet rem ipſam poſſeſſam, ius inſiſtendi,& c.ac ipſum actum poſſeſſiuum. *Aym.d.cap.2 allegans DD.in l.1. ff.de acquir.vel amitt.poſſ.*

193 Quoad primum ipſa ſubſtātia agri obſeruanda eſt ad mēſuram incrementi diuidendi inter vicinos, vt ſi rectos angulos faciat ad flumen eodē modo proſequatur per totā ſubſtantiā incrementi; Si verò obtuſum angulū alter faciat, 194
alter veroacutū,ſeu rectū,linea protrahatur eadem forma agri per totū incremētum, adeò vt ſpaciū latius acquirat, qui facit,ſeu habet angulū obtuſum protrahendo ſuam lineā, minùs verò qui acutū, aut rectū, vt ratio ipſa demonſtrat, cui conſonat diſpoſitio §. *Inſula inſtit. de rer. diu,* ibi pro modo 195
latitudinis: & incrementum prædictum, acquiritur proprietario agri non vſufructuario; aſſumit enim naturā agri 196
cui accedit, ex regula acceſſorij *c. acceſſorium de reg. iur.* Nec 197
intercapedo viæ debet impedire acquiſitionem incrementi per alluuionem, vt ex *d.l.ergò §.Alluuuio ex verſ.itaque,*quia 198
ſemper eſt intercapedo inter agrum & flumen, ſaltem ripę. Nec interim omittemus aduertere, fundi portionem eſſe 199
viā,vt deducitur ex *d l.Martius in fin.ff.de acquir. rer. dom.* ſentit *Bapt.Aym.d tract. de alluu lib.2. cap.1.ex num.4.* & confirmatur 200
hoc, ex quo ſi illa fortè deſtruatur, vicinus proximus præſtare cogatur, *l. ſi locus in fin.ff. quemadm.ſeruit.amit. Aym. d cap.1.d.n.4.*

Secūda ſignificatio alluuionis, reſpicit ipſum modum 201
adij-

adijciendi, de quo ſatis dixi-
mus, quod fiat latenter, & ſit
inſenſibilis obſeruatu: Proba-
202 tionem autem docet idem
Bapt. Aym.d.lib.1.cap.4.
Quo verò ad tertiam ſigni-
203 ficationem ſcilicet de iure al-
luuionis ad l.ergò, §.alluuio ff de
204 acquir.rer.domin. Docemur pri-
mum quod alluuionis ius ha-
bent, tam agri, quàm flumina
ipſa, Aym.d. lib. 1. cap. 5. princ.
205 quapropter inſula acquiritur
eis, qui propè ripam prædia
poſſident, pro modo latitudi-
nis, non alio quidem iure, quā
alluuionis, vt Aym. d.cap.5. ex
n.3. ſupponit. Et ius iſtud al-
206 luuionis eſt merè reale, non
enim perſonę competit, in-
quit d. Aym. cap. 5. num. 11.
Sed Lacus regulariter non pa-
207 rit alluuionem, l. lacus ff. de
acquir.rer.domin. l. Vicinus.24.§.
final.ff.de aqu.pluu.arcen. & deſu-
mitur ex l.rutilia in fin.ff. de con-
trah.empt.Aym.d.cap.5.ex num.3.
Griphiandr.de inſul. cap.18.ex nu.
208 105. Hoc tamen perpetuum
non eſt, ſed limitationem re-
cipit primum in lacubus pri-
uatis, Gipban. diſtinguendo in d l.
lacus, ff.de acquir.rer.dom. Donell.
lib.4. commentar. cap.27. Connan.
commentar.lib. 2.cap.5. Cepoll. de
209 ſeruit.ruſt.præd.lib 2.cap.50.quā-
uis hoc non probetur à Gedd.
conſ. 108. num. 249. nec à Gri-
phiandr.de inſul.d. cap.18. in num.
107. vbi reſtringitur ad aliam
diſtinctionem, videlicet aut
lacus publici, non magni ſunt, 210
& carēt motu perpetuo, & tūc
alluuionem non pariunt, hæc
enim ſine motu non produci- 211
tur idem Griphiand.loco cit. Do-
nell.d.comment.27. & deſumitur
ex l.28.ff de ſeruit.vrb. præd. aut 212
magni ſunt, & fluxum, & re-
fluxum habentes, Scalig. exer.
50. & 51. citatus ab eodem Gri-
phiandr.vbi ſupra ex num 108.&
109. per quos etiam aliquan-
do flumina tranſeunt, quapro-
pter ratione fluxus aquæ, &
quia perpetuam cauſam ha-
bent, & motum, ideò ius al-
luuionis cognoſci in eis firmat 213
id.Griphiandr.d.num.109 argum.
l.1.§.3.5.& 7.ff.de flumin.l 1.§.3
ff.vt in flum.pub.l.1.§.vult. ff. de
rip. mun. & l.112.ff. de verb. ſi-
gnific.
Cœterum de alluuione tra- 214
dunt Chriſtineus deciſ. 85. lib.4.
Bellon. de poteſt. cor. quæ fiunt in
continent. lib. 2. cap. 77. Manzol.
conſ.4. & 118. Cyriac.contr.376.
Rimin Iun. conſ. 573. Peregr. de
iur.fiſc.lib.8.nu.67. & ſeqq. Curt.
Sen.conſ.56.tom.1.& conſ.72.to.2
Maſcar. de prob. concl. 81. Heyg.
var.quæſt.lib.2.qu.40. Scult.q.33.
lib.1.Theſaur. dec.140. Niger. de
Laudem.tom.1.qu.13.num.79. &
ſeqq.& qu.23. ex num.109.Curt.
Iun.

*Iun. conſ.*204. *Burſatt. conſ.* 203.
Lancellott. Gallia conſ. 517. *Gri-*
*phiandr.d.cap.*18. *de inſul. Bonden.*
Vicellucl.leg 26. *ex num.*19. Barto-
lom. Siluatici conſ. 3. *Scain. deciſ.*
Bonon. 10. & 117. & *laté Aym.*
& *plené tract.de alluuion.*
215 Nunc ad Inſulam tranſea-
mus, quæ definiri ſolet, Terra
vndique aquis clauſa, vt ex
gloſ. in §. *inſula inſtit. ciu. de rer.*
diu. & *in l.inſulam ff. de verbor.*
*ſignificat.et ibi DD.*Bald.*conſ.*405
*num.*3.*lib.*5.*Myſing.dec.*2.*reſp.*16
num. 36. *refert Griphiandr. de in*
*ſul.cap.*2.*num* 1.& Bapt. *Aym.d.*
*tract.de alluu.lib.*1. *cap.*4.*num.*1.
216 eſt autem aut naturalis iuxta
ſententiam Bald.*in l.* 12. *ff. de*
*leg.*3. quem refert *Griphiandr.d.*
*tract.de inſul.cap.*4. *in num.*49. vt
217 illæ, quæ ſemper fuerunt; ſci-
licet Sardinia, Corſica, &c. alia
caſualis, ſiue accidentalis, vt
ſunt quę naſcũtur *Griph.d n.*49
218 Alia dici poteſt artificialis, quę
per induſtriam, & artem facta
219 eſt. Inſuper caſualis aut fit
adhærens ipſi, fluminis, lacus,
vel maris alueo, aut adhærens
virgultis ſimul congeſtis, vel
alteri ſimili leui materiæ, vt
de prima habetur in præfato
*tract.de alluu.d.cap.*14.*ex num.*6.
et 7.*de* 2. *d.num.*7.*verſ. quartum,*
&*c. per l.ſi epiſtolam* §. *pen. ff. de*
acquir.rer. domin. & tradit etiam
*Griphiandr.l.c. cap.*6.*ex num.*42.

Quæ adhæret alueo pluribus 220
modis fieri habetur ex *l.ergo,*§.
tribus,ff.de acquir.rer. domin. Vi-
delicet aut cum ager circum-
fluitur à flumine, cum antea 221
non fuerit Aluei; quo caſu
proprietatis, cauſa non muta-
tur. *l.adeò* §.*inſula, verbo quod ſi*
ex vno,ff.de acquir.rer.dom. Aym. 222
*de alluu.d.lib.*1.*cap.*14. *ex num.*7.
& habetur *in* §.*inſula verſ.quod*
ſi aliqua,inſtit.de rer diu.& habe-
tur *in l.*1.§.*item ſi amnis ff.de flu-* 223
min & *ex Cic de Orator.lib.*1. aut
cum Aluei pars in ſiccum re-
linquitur, & aqua circumfluit,
vt tradit *Aym.d.cap.*14.*ex nu.*6.
vbi alium modum refert, cum
videlicet fluminis aluei locus
creſcens fit ipſo alueo eminẽ- 224
tior per alluuionem, vt ex §.
inſula, & ibi daclarat *gloſ marg.*
verb. in flumine inſtit. ciu. de rer.
diu. quibus caſibus acquiritur
eis qui propè ripam prædia 225
poſſident pro modo ſcilicet
latitudinis, vt habetur in d. §.
inſula: aut denique cum non
vi fluminis, nec per alluuionẽ, 226
ſed ſolo artificio, & hominum
induſtria inſula fit, quo etiam
caſu iure cenſeri eorum pari-
ter, qui propè ripam prædia
poſſidẽt, ſcribit Bart.*in ſua Ti-*
*beriad. par.*2. *ſuper verbis in flu-*
mine nata,&*c.ex d.l.adeò,*§.*inſula.*
ff.de acquir.rer.domin. et arg.d.l.ſi
epiſtolam §. *final.* & late refert

*Bapt. Aym.de allun.d. lib.*1.*cap.*9.
*et d.cap.*14.*in num.*9.
Quæritur ab *Aym. d. cap.*14.
227 *in num.* 10. an Terra congeſta
in flumine, & aquis circum-
fuſa poſſit inſulæ vero nomine
appellari, & firmat cum *Bart.*
in ſua Tiberiad.in verb.in flumine
nata,&c.d.§.inſula, tunc verifi-
cari cum opinione circumco-
228 lentium, incipiat reputari in-
ſula, ibiq; latè *Aym.* vbi quod
verificatio maior tunc deſu-
matur cum per ſemeſtre hy-
bernum ſupereminuit ad eum
igitur, lectorem remitto, & in
229 reliquis de inſulis dixerunt
Bart.in sua Tiberiad. tract. de in-
ſula, Bapt.*Aym.in d.lib.*1.*cap.*9.*et*
14.*Griphiandr.d.tract.de inſul.Be-*
*ned.*Bordon.*in inſular. Ital.Simon.*
Maiol.in colloq. Franciſc. Illon. in
*nauigation. et itiner. vol.*3. *Thom.*
Boz.*de Sign. Eccleſ.ſign.*84.*Chri-*
ſaut. Columb. Ioann. Metell. Petr.
Aboris,Petr.Martir.Vrbanus Cal-
ueto, & alij.
Hinc de Piſcationibus, &
alijs pertinentibus ad flumina
230 agendum eſſet, ſed latè de his,
& de fluminibus in genere,
egerunt *Peregrin.de iur.fiſc.lib.*8.
*num.*44.*et ſeq. Crauett. conſ.* 530.
Treutler conſ. 106. *&* 876. *Rau-*
*ſter.quaſt.*23.*tom.*1.*Artam.Piſtor.*
*quæſt.*17.*lib.*4.*Coppen.tom.*1. *ob-*
*ſeruat.*69. *Heig. lib.*2.*qu.*40. *Ni-*
*col.Euerard.conſ.*9.*tom.*1. *conſ. ar-*
*gentoraten.*8.*lib.*1. *Vin.dec.*226. *et*
349.*Thoming. conſ.* 28. *volum.*1.
*Georg.Euerard.vol.*1.*cõſ.*47. *Curt.*
*Sen.conſ.*34. *num.* 1. *& conſ.* 56.
*num.*4.Cepoll.*de ſeruit.ruſt. præd.*
*cap.*32.*Bero. conſ.*149. *vol.*3. *Bo-*
rell.de Catholic.reg.præſtantia cap.
8.*per tot.* Ad quos omnes Le-
ctorem remitto.
Supereſt, vt ex ampliſſima 231
fluminum materia, aliquid re-
miniſcamur circa riparũ mu-
nitionem, & fluminum, & cir-
ca earum manutentionem; 232
Et riparum quidem munitio-
nes non ſolum ex Terræ ag-
geribus conſiſtunt, verum etiã
à Pontibus cõfouentur, Vnde,
de aggeribus aliquid repete-
mus, Indè verò Pontis obſer-
uabimus obiter materiam.
Pontes enim opportunè fabri- 233
candos docet *Vlpianus in l. ædi-*
les,ff.de via pub. Et vt ab Agge-
ribus incipiamus. Aggeres di-
cuntur *à* Bartolo *in l per Bithiniã* 234
*C.de immunit,nemin. conc lib.*10.
in princ. quædam munitiones,
quæ fiunt, iuxta ripam flumi-
nis, ne flumen excreſcens prę-
rumpat limites, vt idem *Bart.* 235
per rubr.tit.C.de Nil.*Aggerib non*
rump. propterea diſtinguuntur
aggeres à ripa: hęc enim dici-
tur ea terreni pars continens
flumen à plano agri vſque ad
aquas, vt ex *l.*3,*§.final. ff.de flu.* 236
minib. Agger, vt ſupra præmiſi-
mus

mus, coaceruatio, & cumula-
tio lapidum & terræ fixis val-
lis & palis, contentiſque arbo-
ribus & ramis ad muniendũ;
ideoque *Cepoll. inter ſeruit. ruſt. de*
Aggeribus dixit eſſe valla flu-
minum *per l. 1. C. de Nil. agger.*
non. rumpen. & conſonat *Bart. in*
l. per Bithiniam C. de immunit. ne-
238 *min. conceden. lib.* 10. vbi dixit eſ-
ſe munitionem, quia munitio-
nis verbo, agger etiam venit,
239 ſicut & omne quod extruitur
ad muniendam, & tuendam
ripam, vt clauſuræ, ſeu cluſæ
trabibus, & palis contextæ
Muri, Pontes, & aliud quodli-
bet opus ripas tuendi cauſa,
factum; & idem intelligit
Vlpianus in propoſitione edi-
cti Prætorij de ripa munien-
da *in l. vn. ff. eod. tit. in princ.*
& §. 1. atque ipſa Rubrica ti-
tuli demonſtrat: Sed munitio
vtilis eſſe debet communiter;
poſſet enim ita fieri, vt eo præ-
textu priuatus opus faceret ad
240 proprium commodum, quod
reddat damnoſum flumen vi-
cino, & propterea diſponitur
in d. l. vn. §. is autem cautio, ff. de
241 *damn. infect.* ad fauorem tam vi-
cinorum, quàm eorum qui
trans flumen poſſident, d. *§. is*
autem. Dictumq; fuiſſe aggerem
242 expoſuimus à verbo aggerare,
quod idem eſt cum verbo ac-
cumulare, vt vallis, mixta terra
cum lapidibus, fixis in humo
extrui ſoleat: In vijs autem 243
reſtaurandis eminentia eiuſdẽ
viæ, ſtrata exaggeratis lapidi-
bus, agger ſolet appellari, vn-
de illud *Virgil. 10. Æneid.*

Qualis ſæpè viæ deprehenſus in
aggere ſerpens, &c.

Cæterum extruuntur agge-
res vt plurimum in paludibus, 244
vt via reddatur practicabilis, ſi
neceſſitas expoſcat eã inſtrui
in talibus, vel ſimilibus locis;
pro faciliori, ſeu breuiori tran- 245
ſitu viatorũ, & mulionum: De-
ſui tamen natura inuenta fuit 246
aggerum munitio ad impe-
diendos fluctus; ſed nihilomi-
nus non eſſe iuris publici, cõ-
muniter, & de ſui natura, ex
quo reſpiciant vtilitatem pri-
uatorum, ſicut & foſſata, quæ
ſunt inter agros, dixit *Fab. de* 247
Mont. tract. de empt. & vendit. q. 6.
in n. 16. Et propterea venire in
menſurationẽ agrorum, tenuit
id. *Fab. de Mont loco cit. per l. præ-* 248
dia, §. ita legatum, ff. de fund. in-
ſtruct. Verumtamen habemus
pluribus in locis aggeres pu-
blicos, quos vulgò aliqui dic-
cas appellãt, vnde nõ idem di- 249
cendum ſicut nec de Foueis, &
Foſſatis publicis, vt ex *l. vnica,*
§. foſſa ff. vt in flum. pub.

Denique vt aggeres legiti- 250
mè extruantur, debent fieri
vel ad propriorum agrorum

munitionem , vel etiam ad
munitionem ripæ, dummodò
vel fluminis alueus non mu-
tetur per aggerem ibi extru-
251 ctum, vel quoquo modo alte-
retur naturalis aquæ curſus
cum accolarum iniuria , & in
damnum publicæ vtilitatis, vt
ex *l.vn.ff. nc quid in loc. pub. per*
*tot.*præcipue ex *verſ.oportet,*&c-
252 niſi maxima vtilitas, & tutela
facientis emergat abſque gra-
ui accolentium iniuria , vt d.
l.vn. ex §. *ſed etſi aliqua, iuncto*
253 *v.pleroſq; & verſ. oportet*, & ibi
gloſ.verb.vtilitatem , & verb. ſine
iniuria. Sed latius conſulas *Bar-*
tolom.Cepol.d.cap.de aggerib. tàm
254 circa præiudicia extructorum
aggerum,quàm circa pœnam
eos deuaſtantium.
255 Pons autem à ponendo di-
ctus , ſeu à pendendo ſuper a-
quas , nihil aliud eſt , quàm
viæ ſemita vtiliter prorogata ,
etiam vbi naturaliter eſſe non
poterat ſuper aquis fluminum
ac foſſatorum , & vbicumque
decurrens , aqua impedit via-
torum , & mulionum tranſi-
tum , & à pendeo quidem di-
266 ctum Pontem obſeruat *Ambr.*
*Calepin.*in hac dictione; eſt au-
257 tem vtiliſſimum opus , quin-
immò & neceſſariū, itaut eius
258 cauſa celeritatem deſideret ,
l.omnes 2 C.de operib.pub.Rimin.
Sen.conſ.31.ex num.8.& quia, vt
præmiſeram , viæ prorogata
ſemita eſt Pons, ideò *Rimin. in*
loco cit. ex num. 27. dixit proce-
dere à pari cum via publica , 259
per l.ad inſtructionem C.de Sacroſ.
Eccleſ.& per l. ædiles,ff.de via pub.
Bald.in tit.inſtit.ciu. de ſeruit. ruſt.
præd.& propterea *Vlpianus in d.*
l. ædiles indicēs viæ publicæ cu-
ſtodiam,itidem & Pontem op-
portunè facere vna eadem
oratione proſequitur circa
princ.*d.l.ædiles,& gloſſ.*conatur
parem cum via pontem con- 260
ſtituere in *l.fin.ff.de flum.i.§ Sce-*
uola in ead. d.l. fin. Pontem pri-
uati iuris ſuper flumine publi-
co fieri non poſſe teſtatur , e- 261
tiamſi faciens habeat domum
in vtrauue ripa eiuſdem flu- 262
minis,nec de facili conceditur
facere pontem , præcipuè vbi 263
damnum afferat alteri, *Cyriac.*
*contr.*28. *ex nu.* 11.Deniq; plu- 264
rimos pontes antiquitus Ro-
mæ factos refert *Liu.lib.*41.*ver-*
ſus finem,verſ. cenſores vias , &c.
eorumdemq; reſtaurationem 265
ad Pontifices pertinuiſſe,quos
propterea à verbis ponte,& fa-
cio cēſuit dictos *Varr.vt ex Po-*
*lyant.v.Pontifex.*Suntquedeniq; 266
pontes opera ad publicum , &
priuatum commercium vtiliſ-
ſima , & ſumma quidem ra-
tione inſtituta , ſuper quibus
flnmina tutè , & ſicco pede
percurrimus , & vallium quā-
do-

doque à torrentibus dilapſas concauitates, ſummitati Collium commodè adęquatas facili greſſu ſuperamus, agiturq;
267 de ponte in d.*l. ædiles, in l. vnde, §. fin. ff. de itin. actuque priu. in l. ſeruitutes, §. ſi domo, ff. de ſeruitut.*
268 *vrb. præd. in l. loci, §. ſi forte in prin. ff. ſi ſeruit. vendicet*, & alibi.

Cæterum appellatione pontis, tàm lapideus venit, quàm
269 ligneus. *Gratian. diſcept.* 84. *ex num.* 15. eius conſtructio abſq;
270 licentia Magiſtratus fieri nequit, ex *l. 2. §. merito, ff. ne quid in loc. publ. Peregrin. de iur. fiſc. lib. 1. tit. 1. num. 16. Gratian. d. diſc. 84. ex*
271 *num.* 24. & ſoluitur eadem Gabella in loco noui pontis, quæ ſoluebatur in antiquo, *Bald. in l. ſi plures 6. num. 14. in fin. verſ. vidi dubitari col. 2. C. de cond. inſert. & in l. 3. in fin. C. de priuil. fiſc. Grat. d. diſcept. 84. in num. 14.* Et hæc breuiter de Iure Viarum, & Fluminum dixiſſe libet, aliqua verò de operarijs, & Peritis materiæ indicabimus in ſequenti Capite, vt inde faciliori ordine ad vlteriora procedamus;

DE FACVLTATIBVS Magiſtratus Viarum. Cap. III.

HABITA per nos cognitione materię Viarum in genere, & fluminũ, 1
nunc Magiſtratus earumdem materiarum Ordinarij Iudicis, olim Ædilium Curulium, hodie Magiſtratus Viarum, & ædificiorum nuncupati in Vrbe; alibi autem iuxtà diuerſorum locorum modum, & conſuetudinem, vt in primo capite indicauimus, operę pretiũ eſt examinari negocium, præcipuè in eius facultatibus, & Iuriſdictione vſque in hodiernum diem; quæ profectò facultates, & Iuriſdictio vires in Vrbe Roma reſumpſerunt a bulla fa. me. Martini V. 9. in ordine Bullar. nou. tõ. 1. Et quidẽ 2
illius inſtitutio in vrbe non emanauit à primis Regib. quia 3
Magiſtratũ hunc, ſicut & alios penes ſe retinuere omnia manu Regia abſoluentes, vt ex *l. 2 ex princ. ff. de orig. Iur.* ſed exploſa 4
corũ auctoritate, rerum experientia docuit præferendos viros, qui rem ædilẽ dignè agerent; 5
Ad quos plebs aduertit vtiliter in ſuo receſſu à Populo, quæ ſcita ſua, & leges, quas 6
ſibi diſpoſuerat, tanquam de pretio-

pretioſioribus Reipublicæ vi-
ris probis,ac fide, & experien-
tia dignis, commiſit, quos vo-
cauit ædiles forſan ab ædibus,
in quibus ſcita condebantur,
nec vlterius extenſa eſt eorum
7 poteſtas, vt conſiderat *Baribo-*
lom. Cepoll. in tit. de ædilit. æd. in
num. 2.verſ.ego credo, &c. vbi di-
8 ſtinguit ædiles Plebis, ædiles
Curules, & Cereales, & hoc
ſatis accuratè, & concinnè di-
ſcurrit; ſed magis ædilium
9 auctoritas innotuit poſt re-
uerſam in populi vnionem
plebem anno 389. ab Vrbe
cond. vt ex Liu. anno videli-
cet 86. poſt mortem in Græcia
Diuini Platonis, ex *Marſil.Fi-*
cin.in eius vita: Et quidem con-
tigit, quia reconciliata iam
Plebe cum Populo, vt præ-
miſi, eaque aſſumpta ad Con-
10 ſolatus participationem ven-
dicarunt Patres dignitatem
ædulatus Curulis, iuxtà eam,
quæ ſuprà latius expoſita in
alio Libello fuerunt; & data
11 huic magnificentiſſimo mu-
neri fuit cognitio cauſarum
ſpectantium ad ædes in gene-
re tàm publicas, quàm priua-
12 tas, & tàm ſacras, quàm pro-
phanas; ad quæcumq;tandem
ædicilia, vt generatim loquar,
verbum enim ædicilium a
verbis ædes,& colere obſeruat
Salmaſius in ſuis exercitationibus
plin.fol.mihi 950.*col.*2.*lit.*E. ſicu-
ti etiam ad politiorem formā,
& ornatum Vrbis, vt paſſim
tit.de ædilit. ædict. Knipſchild. de 13
*iur.ciuitat.lib.*5. *cap.*26. *num.*56.
*Fragoſ.Regim. Reip. Chriſt. lib.*1.
*diſp.*21. ſed & latius patebat, 14
& extendebatur eorum Iuriſ-
dictio, prout expreſsè cautum
eſt *l.*12.*tab.& d.tit.de ædil.ed. &*
de offic. Præfecti, Vigil. & ha-
betur paſſim ex Liuio; con-
ſtat autem Magiſtratum Via- 15
rum, & ædificiorum eſſe anti-
quum Magiſtratum ædilium
Curulium per obſeruata a
Bard.de facult.Magiſtr. & Curat.
*viar.&c.circa princ.fol.*B in fine.
& recenſet auctoritem Tullij
de Curatore viæ Flaminiæ lo-
quentis in *Epiſt.*1.*ad Attic.* iun-
cto altero eius dicto in *Epiſt.*
25.*lib.* 20. *Epiſt. Famil.* & benè
comprobatur à prædicta Bulla
Martini V.in prohem.
In eadē materia ſimilis Ma- 16
giſtratus in Grçcia Iura redde-
bat,vt Plato diſcurrit *lib.* 34. *de*
legib. præcipuè dialogo 6. vide-
licet, quod ædiles Viarū Vrbis
curam habebant, & vulgariū 17
itinerum, quæ à Regione in
Vrbem tendunt, ædificatio- 18
numque, vt ſecundum leges
omnes fiant, Aquarum præte-
rea, quas Cuſtodes deduci in 19
Vrbem curant, vt in fontes
quam liquidiſſimè, ſufficien-
teſque

teſque ducantur, ac Ciuita-
tem iuuent pariter & exor-
20 nent: Docet tamen ibidem
diuinus ille Auctor huiuſmo-
di Magiſtratus Viros tales eſ-
ſe oportere, vt intermiſſa eo-
rum cura priuata intenti ſolū
ſint ad publica procuranda
ſolo ſine publicæ vtilitatis, &
gloriæ Principis, non proprij
priuati æris intereſſe.
21 Et cognoſcere debet Ma-
giſtratus viarum, vt ſupra in-
dicatum eſt de limitibus, &
ſeruitutibus prædiorum; eſt
22 enim cognitio hæc peculiaris
huiuſmodi Magiſtratus etiam
in genere ſumpti, vt ex eodem
Platone in dialogo 8. *col.* 8. & in
23 ſpecie Magiſtratus præd. in
Vrbe, ex dicta Conſtitutione
ſan. me. Martini V. & aliorum
Summorum Pontificum, &
notat *Fragoſ. in ſuo Regim. Reip.*
24 *d. diſput.* 21. itidemque Magi-
ſtratus ædilium cognoſcere
debet ſuper qualitate Artium,
vt ex eodem *Platone ibid. col.* 9.
25 & ille Vrbis ex lege 12. tabul.
ex conſtitutionibus Imperato
rum, ac denique Summorum
26 Pontificū, præcipuè Pauli III.
Pij IV. & aliorum paſſim, item
ſuper limitibus, & alijs rebus,
vt *Fragoſ.* cumulat *loco cit.* & *d.*
Bull. Martin. V. in proem.
Et cum Emin. Cardin. Ca-
merario cognoſcit de materia
Bullæ Iuris congrui, vt in Bul-
la Sixti IIII. quæ eſt 20. in or-
dine, in *Bullar. nou. tom.* 1. &
Greg. XIII. quæ eſt 22. in ordi-
ne *Bullar. nou. tom.* 2. Itemque
Magiſtratus viarum de iure
cogere poteſt ad perficiendū 27
fabricas ædificiorum, qui eas
inceperit *l.* 1. §. *hoc interdictum* 2.
ff. de oper. nou. nunciat.
Ædiles verò Cereales inſti-
tuti fuerunt, vt præmiſeram, à 28
C. Iulio Cæſare, vt rei frumen-
tariæ præeſſent, & *Cepol.* di-
ſtinguit *in d. expoſitione tit. de ædil.*
edict. Cuius rei auctoritas, & 29
Iuriſdictio reſidebat antea pe-
nes ædiles Curules ex diſpoſi-
tione *legis.* 12. tabul. qui, & Re- 30
giam poteſtatem habuiſſe te-
ſtatur *Alex. ab Alex. in ſuis genia-*
libus lib. 4. *cap.* 4. & confirmauit
Bard. in ſuo tract. de Magiſtrat.
viarum cap. 1.
Huius tamen Magiſtratus 31
forma in eligendo varia fuit
in Vrbe, aliquando enim duo
vt in prima eius inſtitutione, 32
diſtinctis inde ædilib. Curuli-
bus, & ædilibus Plebis *l.* 2. *ex*
§. *itemque vt eſſent, iuncto* §. *tunc*
vt aliquo, ff. de orig. iur. & in pro- 33
greſſu eiuſdem, aliquādo qua-
tuor *l.* 2. §. *conſtituti ſunt, ff. de orig.* 34
iur. quandoque etiam vnicus
legitur ædilis Curulis in die-
bus Reparatæ Salutis, vt Mat-
thæus Obiccionus anno 1376.

in

in Pontificatu Gregorij X. & Lelius Iacobatius 1321. in Pontificatu Vrbani IV. & Lucas de Buccamatijs ann. 1459. in Pontificatu Pii II. & Sauus de Naris anno 1480. Sixto IV. Summo Pontifice, & Ioannes de Pichis anno 1506. in Pontificatu Iulij II. & remanſit vnicus in Edulatu D. Iacintus Bubalus de Cancellarijs poſt mortem Dominici Iacobatij, regnante ſa. me. Alexãdro VII
35 & aliquãdo fuiſſe creatos ædiles pro qualibet Regione Vrbis, habetur ex motu proprio Sixti V. ſub datũ Nonis Martij 1587. quod recenſitum legitur in volumine Statutorũ Tribunalis Viarum in Vrbe, ſed hoc receſſit ab aula: Probatũ autẽ Tribunal ita fuiſſe noſcitur, ſicut & res ipſa docet propter huiuſmodi Magiſtratus neceſſitatem, & vtilitatem, quę ſatis deſumitur ex Bulla ſan. mem. Martini V. de qua ſupra meminimus in principio huiuſ-
36 modi capitis, ex prohem. eiuſdem Bullæ: Et varijs nomini-
37 bus appellatus fuit. Aliquãdò enim ædilis *ex l. 2. §. deinde cum placuiſſet, ff. de orig. iur.* Indè Cu-
38 ratores viarum, vt *ex d. l. 2. §. conſtituti de orig. iur.* Item Magi-
39 ſtri viarum, vt inſculptum legitur in Foro Capitolino, & refert *Marlian. lib. 1. cap. 6.*

Neglectum autem diù fuit 40
hoc præclarum officium, & neglecta ibidem fuit vrbis politia, & ornatus, præcipuè ante Martinum V. ſa. me. qui propterea memorandus Pontifex 41
obſoletam reſpiciens ædilium Curulium auctoritatem, & iuriſdictionem, vt alias dixeram, aduertenſque propterea contaminatam vrbem, vt præmiſſum eſt ſupra, eoque perueniſſe, vt teſtatur idem Pontifex, vt Ciues vndique vias, plateas, ac loca publica, & priuata, atque Eccleſiaſtica occupare, demolire, & inconſultè profanare non erubeſcerent. In tali igitur peruerſo rerum ordine, vt medelam 42
malo præberet, repoſuit Ædiles Curules in antiquam eorũ ſedem, & poteſtatem, vt prænotauimus in illius Conſtitutione, in qua quidem Conſtitutione priſcam non modo huius Tribunalis Inſtitutionẽ ſuſcitauit, renouauit, & rein- 43
tegrauit cũ ſolitis ab antiquo Iuriſdictionibus, poteſtatibus, honoribus, & priuilegiis, ſed addidit manum Regiam, & cognitionem iuxtà eis datam 44
à Domino prudentiam abſq; iudiciaria tela ſummariè, ſimpliciter, & de plano, deputans illis Procuratorem Fiſci, & Notarium.

Qua-

45 Quarum quidem facultatum comprobatio ab alijs Summis Pontificibus habita eſt,& conſtat per decretum D. Cardinalis Aquilegien.S.R.E. Cancellarij ſub Paulo II.Veneto die 7 Septembris 1464. de mandato D. Papæ, vt recenſet *Bard. vbi ſupra* poſt Bullam Martini V. fol.mihi 66. Indeq;anno 1480. in Pontificatu Sixti IV. confirmatis ſtatutis Tribunalis viarum, & ædificiorum per præfatum Pontificē emanauit decretum à D.Cardinali Rothomagen.Camerario. Datum die
46 13. Ianuarij, quo ſubijciuntur Iuriſdictioni Magiſtrorū viarum, omnes, & ſinguli Clerici Romani,& forenſes,& Monaſteria, Eccleſiæ, Vniuerſitates, Loca pia, & Curiales cuiuſcumque ſtatus,gradus,ordinis, ſeu conditionis ex quacumque cauſa, ſeu occaſione in rebus tamen ſpectātibus ad officium Magiſtrorum viarum,vt diſpoſitum recenſet idem *Bard. fol. mihi* CC.& in Bulla Pauli III.in prædicto *tract.fol.mihi* DD.& antea *fol.* Dd. per D.Cardinalem S. Georgij, Camerarium.

47 Emanauerant etiam à Sixto Quarto litteræ ſuper Iure congrui d.anno 1480.quibus corroboratur poteſtas Magiſtratus vna cum D. Cardinali Camerario,vt *Bard. refert tract. de iur.protom. fol.* 1. quas confirmauit præcipuè Pius IV. anno 1565.vt apud *Bard.de facult.Magiſt.viar.&c.* poſt *Rubr.Piæ facultates,&c. & in Bullar. nou. tom.*2. 48
*fol.*118.*conſtit.eiuſdem Pij IV.*102. Ideoq; prædicto tempore Sixti IV. incepit Magiſtratus ædiliū pati alterationem, & mutationem ſuæ antiquæ formæ, quia vbi conſtabat antea ex ſolis viris laicis ædilibus, fecit inde corpus cum D. Cardinali Camerario, qui tamquam Caput Magiſtratus deputatus fuit a Sanctiſſimo. Bulla Sixti IV. ad ornatum cōfirmata fuit ab Alexandro VI. qui inde anno 1495. per eius motum propriū confirmauit auctoritatem Magiſtratus etiam contra Clericos quoſcumque, Pia loca, Eccleſias, & Monaſteria ex mero eiuſdem Magiſtratus officio, quod etiam antiquitus obſeruatum tempore Nicolai III. Summi Pontificis, conſtat ex inſtrumento cuſtodito in Archiuio Reuerendiſs. Capituli Collegiatæ Eccleſiæ S. Mariæ in Via lata, rogato de anno 1280. indict. 8. menſ. Nouembris die 21. in quo Petrus de Comite, & Gentilis D. Bertoldi de Fil. Vrſi Senatores Almæ Vrbis, & Magiſtri viarum, & ædificatorum Vrbis (vt ibi exprimitur) prohi-

buerunt Clericis Sanctæ Ma-
riæ in Via lata fabricare in pa-
riete Monaſterij S.Cyriaci, do-
nec cognoſceretur de cauſa
inter ipſos, & d.Monaſterium,
& Conuentum, Inſtantibus
Scriniario Procuratore, & Sin-
dico, & Abbatiſſa eiuſdem ex
rogitu olim Philippi Scriniarij
exemplato per Ioannem Bar-
thol. Auctorit.S.Romani Impe.
rij pub. Not.vt in d.inſtrumẽto
legitur, & diſpoſitioni præfati
Alex. VI. & obſeruantiæ Ni-
colai Tertij recenſitæ; Conſo-
nat Imperiale reſcriptum Ho-
norij, & Theodoſij, quo caue-
49 tur, vt pro reficiendis, & in-
ſtruendis itineribus, & Ponti-
bus debeant Eccleſiæ, & quæ-
libet Loca pia contribuere in
l.ad inſtructiones,C.de Sacroſ. Eccl. cum ſimilib. Et ſan.me.Greg.IX.
idẽ ſtatuit in cuſtodia murorũ
in *cap.2.de Immun. Eccleſ.* & idẽ
cõſtituit Leo Imperator *in l.fin. C.à quib,mun.non liceat excuſ.* ac-
cedẽte motu proprio Pauli III
50 de quo infra,vt nõ ſolũ cogno-
ſceret Magiſtratus in cauſis sũ-
mariè ſimpliciter,& de plano,
& per ſola locorũ inſpectionẽ,
51 ſed etiam per viam præceptorũ,
& mãdatorum pœnalium eius
arbitrio ſanciendorũ,abſq; vlla
limitatione in cauſis Clerico-
rũ,& aliorum Eccleſiaſticorũ,
niſi tantum,vt in caſu,quo,pe-
titus, concurrat in deciſione
cauſæ Eminentiſſimus Vrbis 52
Vicarius, vel eius Locumte-
nens; & prout latius in eodem
motu proprio diſponitur recẽ-
ſito ab eod. *Bard. fol. mihi* F.F.
verſ. volumus, & D. Cardinalis
Camerarius anno inde 1496.
ſub decreto de mandato Sum-
mi Pontificis emanato ſtatuit 53
valere vnius ex DD. Magiſtris
decretum, & ſententiam,dum-
modo adhibitum fuerit votum
alterius D. Collegæ, et acceſ- 54
ſerit conſilium aſſeſſoris, ſi in-
teruenerit,vt penes eumd.*Bard.* 55
fol.mihi F.F. Confirmauit inde,
vt diximus, Paulus ſan. mem.
Papa Tertius auctoritatẽ eam-
dem Magiſtrorum viarum præ-
cipuè ſuper vijs, & cloacis, ac
plateis mundandis, ſternendis
nouis vijs,& veteribus ampliã- 56
dis, plateaſque de nouo ape-
riendi; Itemque cognoſcendi
de iuribus domorum ad ſupra-
dictum effectum diruendarum
iuxtà eorum conſcientiam, & 57
ſecundum eam, indemnitati
Dominorum tam laicorum,
quam Eccleſiaſticorum con- 58
gruè prouidendi, vt ex illius
Motu proprio penes eumdem
Bard. fol.mihi Cc. & melius per
aliud Motum proprium eiuſd.
Pauli Tertij penes eumd.*Bard. fol.mihi* DD.ædilium curulium
facultatem, & auctoritatem
con-

confirmauit, prout exprimit verbis infraſcriptis ibi. *Vt igitur Dominicus de Nigris, Thomas de Caualerijs præfati, & alij, qui erunt pro tempore eorum in dicto officio ſucceſſores, vt in ijs, quæ per nos, & ſucceſſores noſtros in officium præfatum concernentibus ordinata erunt celerius exequi, officiumque
59 ipſum efficacius exerceri valeant, congruum exiſtimauimus, vt iuriſdictiones, facultates, & priuilegia eiſdem Magiſtris, & ſuo officio per plures ex prædeceſſoribus noſtris cōceſſa non ſolum intacta eis præſeruentur, ſed etiam omnibus obſtaculis, & ipedimentis remotis, inuiolabiliter obſeruentur, ac lata potiùs,
60 quam ſtricta interpretatione ab omnibus recipiantur, & propterea motu ſimili &c. quæcumque dd. Magiſtrorum, & ſui Magiſtratus officij
61 ſtatuta, & ordinationes, necnon priuilegia, & indulta eis, & eorum
62 Magiſtratui per quoſcumque Prædeceſſores noſtros, & per nos quomodolibet conceſſa, & innouata, & in illis contenta quæcumque auctori-
63 tate Apoſtolica tenore præſentium approbamus, & confirmamus, & inſuper indultis, & priuilegijs prædictis inhærendo, & illa declarando volumus, quod iuxtà facultates ipſis Magiſtris per fel. recordationis Mar-
64 tinum V. Eugenium IV. Sixtum etiam IV. Alexandrum VI. Iulium II. Leonem X. & alios Romanos Pontifices Prædeceſſores noſtros huiuſmodi conceſſas ipſi Magiſtri in omnibus, & ſingulis caſibus, litibus, differentijs, quæſtionibus, & contro-
uerſijs ad eorum iuriſdictionem, & 65
officium, tam ex forma ſtatutorum, & priuilegiorum præfatorum, quam de conſuetudine, aut alias quomodolibet ſpectantibus inter quaſcumque perſonas: tam laicos, quam clericos, & Religioſos, & Collegia, & Vni- 66
uerſitates, Eccleſias, Monaſteria, & Loca pia quæcumque ipſi ſoli ad quorumcumq; petitionem, ſiue que- 67
relam, vel denunciationem, aut etiā ex eorum mero officio non ſolū ſum- 68
mariè ſimpliciter, & de plano per ſolam locorum inſpectionem, teſtibus 69
etiam in locis ipſis examinatis, ſed 70
etiam per viam præceptorum, & mandatorum pœnalium, prout hactenus facere conſueuerunt procede- 71
re, & contra talium præceptorum inobedientes ad executionem mulctarum, & pœnarum in eis commina- 72
tarum deuenire, pœnaſque ipſas in vſus publicos, & prout hactenus eis per facultates huiuſmodi conceſſum exiſtit, & non in alios vſus diſtribuere valeant &c.*

Et prout latius diſponitur in eiſdem litteris prædictis, in- 73
quibus Papa dat iuriſdictionē priuatiuam, vt oſtenſum eſt, inhibet appellationem ſuſpenſiuam in cauſis non exceden- 74
tibus ſummam 25. ducatorum, videlicet vbi agitur de mercede operariorum ſpectātium ad 75
curam

curam DD. Magiſtrorum ; in
76 omnibus alijs verò cauſis inhi-
bet appellationem ſuſpẽſiuam,
vbi non excedat ſummam 15.
ducatorum, vt in §.3. ac inde
77 quod loca vendenda ad ædifi-
candum arbitrarie à DD.Ma-
giſtris viarum iudicentur, om-
78 ni,& quacumque appellatione
remota, vt in §. 4. & inſuper
quod eorum mandata ſuper
præmiſsis, ac præcepta,& inhi-
79 bitiones non poſſint expediri
ab Illuſtriſſimo D.Præſide, ne-
que ab Illuſtriſſimis Clericis ,
aut alio quouis Iudice,qui qui-
80 dem Domini Præſes, & Cleri-
ci non poſſint ſe intromittere
vna cum DD. Magiſtris, niſi
in taxis demolitionum à ſin-
81 gularibus perſonis perſoluen-
dis, ſalua tamen auctoritate
Eminentiſſimi Camerarij,vt in
§.quinto. Cæterum confirmat
motum proprium Alexandri
VI. vt in cauſis Clericorum,
perſonarum Eccleſiaſticarum,
& locorum piorum (ſi petitus
82 fuerit) in deciſione ipſarum
cauſarum tantum debeat in-
teruenire Eminentiſſimus Vr-
bis Vicarius, ſiue eius in ciuili-
bus Locumtenens,vt in *d.verſ.*
volumus &c.

83 Inde Iulius Tertius, vt com-
modius, & facilius viæ Vrbis à
fimo, luto, & immunditijs ex-
purgarentur, vbi prius ex anti-
qua conſuetudine à ſingulis
tabernis,ſeu apothecis ſingulis
duobus] menſibus Carolenus
vnus exigebatur,iuſſit exigi Iu- 84
lium ſingulis tribus menſibus
à qualibet taberna,ſeu apothe-
ca, & banco, ſeu domo ratio-
num mercatorum, & à funda-
cis, magazenis, diuerſorijs,ho-
ſpitijs, tabernis vinarijs æſtua-
rijs, furnis, & quibuslibet alijs
ſimilibus, vt ex motu proprio
eiuſdem Iulij penes Bardum in
ſupradicto tractatu de facult.
Magiſtrorum viar.fol.mihi 11
vbi recenſet regiſtratum in Ca-
mera Apoſtolica In libr. 11. di-
uerſorum Iulij PP.III.fol.173.

Confirmauit facultates, &
poteſtatem ædilium curulium, 85
ſiue Magiſtrorum viarum, vt
præmiſimus, Pius IV. in ſua
Conſtitutione *Inter multiplices*
&c. ædita x.kal.Septemb.1565
Pontificatus 6. de qua *Bard.* &
habetur *in Bullar. nou. libr. 2.*
Conſt. 102. in qua recenſendo
neceſſitatem, & vtilitatẽ huius
Magiſtratus à Prædeceſſoribus 86
attentè conſideratam plurimi
habitum auctoritatem Emi- 87
nentiſſimi Camerarij, & eo-
rumdem DD.Magiſtrorum cõ
firmat, ac motus proprios Six-
ti IV.& Leonis X.vt in §.1.in-
de proſequitur in §. 4. confir-
mando motum proprium Pau- 88
li Tertij circa prædictas facul-

ta-

tates, & poteſtatem Magiſtra-
tus, & poſtquam in ſubſequẽ-
tibus §§. diſpoſuit circa de-
molitionem domorũ pro vijs
aperiendis, ſiue dilatandis, ſi-
tus vendendi, Artes in locis di-
89 ſtinctis reſtringendi, & alias
quamplurimas difficultates, &
dubia ex Bulla oriunda remit-
tit interpretanda, & ſoluenda
90 arbitrio Magiſtratus in §. 33. &
conſtituit ædiles, meros Iudi-
91 ces in materia viarum ſternẽ-
darum, & inhibet appellatio-
nem admitti, niſi facto actuali
92 depoſito penes Notarium eo-
rumdem ædilium in pecunia
numerata, & tam in cauſis prę-
dictis, quam in cauſis merce-
dum, vt in §. 34. eiuſdem Bul-
læ; quod quidem practicatum
inde fuit per cedulam Depoſiti
93 vt in Pontificatu ſa. me. Ale-
xandri Septimi In cauſa Mo-
naſterii Sanctæ Mariæ Nouæ,
cuius Procurator cum Cedulã
Depoſiti produxiſſet per acta
Auguſtini Notarii Cameræ.
Indè corã Eminẽtiſs. Caraccio-
lo tunc Præſide viarum breui
manu exhibuerũt eam in actis
Notarii viarũ, nuper verò non
retardata ſolutione vt infra.

94 Cæterum idem Sũmus Pon-
tifex Pius IV. ibidem in §. 35.
ſubiecit iuriſdictioni Magiſtro
tum viarum artem muratoriã,
mandans, vt in omnibus, &
per omnia ſubiecta eſſe debea
Tribunali viarum, quod & ipſa
ratio ſuadet: cum enim anti-
quitus dictus fuerit Magiſtra-
tus ædilium, quia inter ma-
terias ſuæ iuriſdictionis ſunt
ædificia, vt conſtat ex iure ff. ex
omnibus Bullis, quę vſq; adhuc
æditæ fuerunt, & præcipuè ex
illa ſupra mentionata ſant. me.
Martini V. quæ eſt fundamen-
tum renouatæ auctoritatis, &
facultatis huiuſmodi Magi-
ſtratus ædilium, ſignanter in
§. *cum itaque &* &c. vbi recenſet 95
omnes materias antiquæ iuriſ-
dictionis, videlicet vias, ſtratas,
plateas, & alia loca tam publi-
ca, quam priuata, ædificia lapi-
dea, & lignea, banca, tecta, ta-
bulata, mœniana, apothecas,
pontes, portas, decurſus aqua-
rum, canalia, meatus, prædia 96
ruſtica, & vrbana, prata, hor-
tus, vineas, ſicut etiam Ius fi-
nium regũdorum, ſeruitutum,
& libertatum; quæ omnia con-
firmat idem Summus Pontifex
ibidem in §. *nos igitur* &c. & fa-
cultatem tribuit Magiſtratui
iuxtà modum, prout eidem
Magiſtratui videbitur circa
prædia, & cum poteſtate fa- 98
ciendi, & ordinandi Sub-magi-
ſtros, ac ius tribuit procedendi 99
manu regia, & iuxtà eis datam
à Domino prudentiam, & in
reparatione exceſſuum, defor-
mita-

miratum, demolitionum, & ſi-
milium etiam abſque cuiuſuis
vocatione, ſeu citatione, vt in
100 eodem §. *nos igitur &c..verſ. vt
exinde &c.* & latius oſtenditur
101 facultas, & poteſtas ædilium in
dicta Bulla inhibendo ſindica-
tum, vt in fine §.penultimi cũ
derogutorijs neceſſarijs, clauſu-
la ſublata &c. & decreto irri-
tanti, & notat *Cherubin.ad eam-
dem Bullam ſchol.*1. *&* 2. *poſt Ay-
mer.Reuall.de Hiſtor.Iur.ciuil. lib.*
2. *n.* 60. Cuius quidem Bullæ
102 executionem de mandato Pa-
pæ decreuit D.Cardinalis tunc
Camerarius die 7. Septembris
1464. vt penes *Bard. fol. mihi*
103 Bb. & facultatis prædictorum
confirmatio paſſim pro tẽpore
à Summis Pontificibus repeti-
ta eſt, ſubijciendo iuriſdictio-
ni ædilium Clericos, Monaſte-
ria, Pia loca, & prout ſupra la-
tius recenſuimus, tam circa iu-
104 riſdictionem ſuper diuerſis ma-
terijs, & quidem priuatam in
eis quoad omnes alios Magi-
ſtratus, quam circa præeminẽ-
tiam officij.
105 Prædictæ Martini V. Con-
ſtitutioni nũquam derogatum
fuit, ſed benè confirmata eſt,
vt oſtendimus, ab alijs Summis
Pontificibus, præcipuè à Paulo
Tertio in ſupra recenſito mo-
tu proprio, nec vnquam vſque
in præſentem diem abrogata,
nec antiquata eſt.
Viguit Magiſtratus tempore 106
ſan me. Sixti V. qui & Congre
gationem Emin. Cardinalium
instituit ſuper vijs, & pontibus
&c. ideoque auxit Magiſtratũ 107
ædilium, & Aſſeſſorem DD.
Magiſtrorum inter officia va-
cabilia ad vitam obtinentis pa-
riter inſtituit cum qualitate
Iudicis eiuſdem Tribunalis via-
rum, & primus inſtitutus fuit
Aſſeſſor Paulus Peculus Inter-
amnen. cuius officij faculta-
tes relatæ fuerunt in Regeſto
Cameræ Apoſtolicæ. Datum
pridie Kalendas Nouembris
1587. Pontificatus anno tertio,
incipit Romanus Pontifex in
ſuprema &c. & facultates qui-
dem tributæ fuerunt valde cõ-
ſiderabiles, adeout excedant
facultates Aſſeſſorum cęterorũ
iudicum, ſed non adeout alte-
ratę dici poſſint facultates DD.
Magiſtrorum viarum & ipſius 108
Magiſtratus ædilis, quæ illiba-
tæ remanſerunt in omnibus, &
per omnia confirmatæ poſt
præf. Sixtum V. ab alijs Summis
Pontificibus ſucceſſoribus, & 109
præcipuè à ſa. mem. Alexandro
VII. pluribus chirographis mo-
tu proprio emanatis cum clau-
ſula ſublata, & decreto irritan-
te, vt inferius oſtendemus. Et
quidem ex præmiſſis deſumi-
tur generaliter ſumma quali-
tas,

tas, & æſtimatio Magiſtratus
ædilis vbique per Orbem dum
110 ita celebris eſt in Vrbe Roma
communi Patria, *l. ſed & repro-
bari 7. §. Romæ, ff. de excuſ. tut. l.
Roma 33. ff. ad municip. Pius IIII.
in conſt. 102. princ. bullar. nou. tom.
2.* Cuius conſuetudo dat legem
cæteris, *l. de quibus, & ibi gloſſ. ff.
legib l 1. ad fin C. de vet. iur. enucl.
& habetur in fin tit. inſt. ciu. de ſatis-
dationib.*

111 Liquet igitur iuriſdictio ædi-
lium ampliſſima ex præmiſſis,
quæ nullis eſt intra ſepta Vr-
bis, & diſtrictus, vel etiam per
totum Statũ S. R. E. cum Sacr.
Congregatione Emin. Cardin.
ſicut etiam cum ſolo Illuſtriſs.
112 Præſide nullis, inquam, limita-
ta confinibus; & generaliter,
vtilis quidem eſt, quinimmò,
& neceſſaria Principibus, &
113 Reipublicæ, non ſolum ratio-
ne ornamenti ædificiorum, cui
proſpexerunt ſemper vbique
Principes, & præcipuè Summi
Pontifices, vt latè diſſeruimus,
& antea aduerterant antiqui
114 Romani Patres præficiendo æ-
dilatui nobiliores, atq; præſtan-
tiores viros, vt ex ſerie ædilium
prænotauimus in alio Libello,
115 & eo magis Imperatores, qui
bus ita curæ fuerat ornamentũ
Ciuitatis, vt non modo inhi-
buerint quidquid contigiſſet
attentari à quacumque perſo-
na contra eiuſdem Vrbis or-
namentum, ſed etiam omne 116
ædificium contra ipſum orna-
tum extructum iuſſerãt demo-
liri, cum derogatorijs ſalutari-
bus in eorum legibus, non ob-
ſtante præſcriptione, ac etiam 117
reſcripto Principis, vt cauetur
Imperiali decreto trium Cæſa-
rum Gratiani, Valentiniani, &
Theodoſij *in l. præſcriptio, C. de
oper. publ. & ibi gl.* ac alio ſimili
decreto eorumdem Cæſarum
Theodoſij, & Valentiniani *in
l. qui ſine 19. C. eod. tit.*

Verum etiam ratione expur- 118
gandi vias, & plateas à luto, fi-
mo, immunditijs, & ſordibus,
vt aer purior reddatur, *vt toto
tit. ff. de ædilit. æd.* atque ad effe- 119
ctum, vt ipſa Vrbs per hanc ac-
curatam ædilium culturam op-
tatiſſimus ſit exemplar præci-
puè peregrinis, qui deuotionis
affectu non modo, ſed erudi-
tionis gratia ad illam accur-
runt quotidie.

Et ius etiam Antiquariorũ 120
Iuris ædilis portio eſt, reſidens
penes Eminentiſſimum Cardi-
nalem Camerariũ, itaut fode-
re, & cauare ſtatuas marmora,
& alias materias ſubterraneas
nemo poſſit abſq; licẽtia præ-
fati Eminentiſs. Camerarij, ſiue
eius Illuſtriſsimi Auditoris, &
ſolet aliquem deputare, qui
vulgariter dicitur Commiſſa-
rio

rio dell'Antichità.
121 Et vigorem denique ſumit
ædulatus noſter à diebus anti-
quis, quibus & habebant curã
122 faciendi ludos, vt paſſim *Liu.* &
oſtendimus ſupra, & ne res de-
123 fectuoſæ venderentur, vt *toto tit. ff de ædil. edict.* ac etiam, vt
obuiaretur incendijs, de qui-
bus cognoſcebant, & poterant
vſque ad certam pœnam dam-
nare culpabiles, vt in *eod tit. & paſſim in tit. ff. de off. Præf. Vigil.*
124 habet Magiſtratus huiuſmodi
in Vrbe vtrumque Tribunal
Ciuile, & Criminale cũ coer-
citione vſq; ad triremes inclu-
125 ſiuè, vt ex præmiſſis deſumi-
tur, cõcedit licentias Barozarũ,
Curr. Carrectarum, Tabula-
torum, Bancorum, Foconum
pro coquendis caſtaneis, Ma-
cellorum, & loca recepto ſola-
126 rio in vijs, & plateis; quæ qui-
dem licentiæ à D.Fiſcali ſignã-
127 tur, & diſtribuuntur; ſicut &
pro qualibet ſtrue tabularum,
& lignorum in locis publicis,
& aliarum plurium rerum ędi-
litatem reſpicientium, iuxta
eius ordinarias facultates.
128 Ei namque totius Vrbis orna-
tus, politiæ, & quarumcumque
rerum ſitus diſtributionis in
vijs, & plateis Vrbis facultas,
illius arbitrio credita eſt à
Principe, vt ex *d.l. 2. §. ſi quis nemine, ff. ne quid in loc. pub.* & deſu-
mitur ex d.Bulla ſa.me. Marti-
ni V. (indiſtinctè per Vrbẽ) &
ex reformatione Pauli V. & de
iure communi *ex d.§ ſi quis nemine*.

Antiqua forma Magiſtratus 129
viarum poſt duos primęuos,
fuit quatuor ædilium, vt oſten-
dimus ſuo loco diſtinctè, &
habebat cognitionem ſupra
incendiarios cum Pręfecto Vi-
gilum in aliquibus caſibus, vt
habetur *ex l. 1. ff. de offic. Præf.* 130
vig. ſed eius ordinaria iuriſdi-
ctio erat ſupra venditores ſer-
uorum, belluarum, & rerum
commeſtibilium, nè aliquid
morboſum, vel quoquo modo
defectuoſum, & quod iuſto
pretio venderetur, vt latè *in tit. ff. de ædilit. edict.* & ex illius edi-
cto tres actiones proponeban- 131
tur, ſcilicet Redhibitoria, Quã-
to minoris, & in factum *gl. in l. 1. ff. de ædil. edict.* de quibus actio-
nibus non eſt noſtrum opus in
hoc loco diſcurrere, ſed ſolum
indicare cognitionem cauſarũ,
quã habebãt Ædiles, de quibus
plenè *in d.l. 1. & paſſim in tit. ff. de ædil. edict. & vbique gloſ.* Habe-
bant itidem cognitionem pri- 132
mariam in materia ædificiorũ,
& ne viæ occuparentur, vt in
l. ædiles, ff. de via publ. & notat gloſ. inbid. in verbo ædiles. Ac eorum 133
curæ erat facere ludos publi-
cos, vt indicaui in alio Libello
ædi-

134 ædilium , ex teſtimonio Liuij ,
& ab Alex. ab Alex. vt aliàs
præmiſſum eſt, & melius ex le-
ge 12. tab. Aediles autem Ple-
bis erant ſubordinati,& curam
gerebant earum rerum in ędu-
latu,quibus Curules detenti in
135 grauioribus curis ſupereſſe nō
poterant , & ſedebant in ſcam-
nis , ſeu in ſubſellijs ; Curules
verò ſedebāt in ſellis eburneis
136 ſupra gradus elatis , vt aliàs
prænotauimus ; vnde *Cepoll.ad*
eumdem tit. conatur oſtendere
diſtinctos ædiles plebis ab ædi-
libus curulibus,Sed non aliter,
137 niſi quod ædiles plebis ſubor-
dinati fuerint ædilibus curuli-
bus , vt clarè deſumitur ex *d.l.*
2.§. deinde cum placuiſſet &c. ibi
tunc , vt aliquo pluris , &c. &
diſcurrit *Minſiger.in §. Prætorum*
edicta n.10. inſtit.ciu de iur.nat.gēt.
138 *& ciu.* fuiſſe videlicet penes æ-
diles curules cognitionē cau-
ſarum , & iuriſdictionem in
tota Vrbe, vijs, & annona , &
ludis ſolemnibus, ex *l.12. tabul.*
ibi, Suntoque ædiles curatores
Vrbis, annonæ, ludorumque
ſolemnium &c. ſed penes ædi-
les plebis ſubalternum mini-
139 ſterium: Et quidem ædiles cu-
rules numerantur inter Præto-
140 res, §.*Prætorias inſt.de diuiſ.ſtipul.*
§. *prætorum verſ. proponebant &c.*
141 *inſt.de iur. nat. gent. & ciu. Nicaſ.*
ibid. n.3. ſedentes in trono , vt
aliàs diximus in ſella eburnea :
ædiles autē plebis in ſubſelliis,
quorum ædilium curulium
præeminentiam audiuimus, tā 142
in formalitate, & ſede, quam
in cæteris ; ideoque liquet ſub-
ordinatos etiam eiſdem ædili-
bus curulibus,Vico Magiſtros, 143
& Curatores viarum: cognitio
autem ſuper pretio, & qualita-
te frumēti data eſt Cerealibus,
vt notat *Cuiacc.in l. 2. ff. de orig.*
iur. col. 12. verſ. Cereales, quod
omnino fuit diſtinctū ab Au-
guſto à re ædilitia . Quo verò 144
ad dignitatem *idem Cuiacc. in*
obſeruat.libr.8.cap. 38. ponit in
paritate iuriſdictionis tam Cu-
rulem, quam Cerealem , vnū-
quemque tamen reſpectiuè ad
ſuam materiam , ſcilicet in or-
dine ad Prætorem Vrbanum , 145
vtrumque in pari gradu in ſua
materia ſubordinatum , ſed cū
non diſtinguatur materia ædi-
lis plebis , & ædilis curulis , &
habeamus iuriſdictionem in 146
ædilitate penes curules,vt præ-
miſimus, & *Gell. lib. 10. cap.6.*
refert , & *Briſſon. ſelectar. ex iur.*
ciu.antiquit.lib.3.cap.4. cōſequens
eſt , vt eis ſubordinati fuerint
ædiles plebis , & cæteri non
adempti , cum cognitione in- 147
ter cæteras trium ædilitiarum
actionum, vt oſtēdimus redhi-
bitoriè quanto minoris , & in
factum, vt latè paſſim *in toto tit.*

148 *ff. da ædilil.edict.*& ibi *Cipolla*; ac
etiam in venditione prædiorū,
l.pen.C.de ædil.act. vt cognoſce-
rent, & deciderent quando lo-
cus eſſet prædictis actionibus,
vt in dictis tit.ff.& C. & latè Ce-
149 polla à nobis ſupra citat. Quas
omnes facultates ſan.me.Mar-
tin. V. renouauit, & reſtituit,
vt probaueram per eiuſdem
Bullam,vbi Magiſtratus huiuſ-
150 modi comprobat vtilitatem,
cognitionemq; cauſarum etiā
contra exponentes, & proijciē-
tes carnes morticinas in vijs
reſpectu purgandarum viarum
cum alijs ibi latiſſimè expreſ-
151 ſis, & indè Sixtus IV. Leo X.
Alexander VI. Pius IV.& alij
Summi Pontifices, à quibus
152 tamen diuiſa ædilitas in plures
portiones fuit; Aquis enim
fontium particularium, & Ty-
beris varios Prælatos deputa-
runt, ampliorem viarum iuriſ-
dictionem vltrà diſtrictum tri-
buerunt Congregationi Emin.
Cardinalium, Eminentiſs. Ca-
merario, & Illuſtriſs. viarum
Præſidi, firmis tamen vbiq;Fi-
153 ſcali,& Notario viarum: A Ca-
pitolina Curia Magiſtratum
ędilium ſeparatum omninò di-
cit *Bard.in libr. prædicto facultatū
Magiſtratus in cap.3.& alibi in eo-
dem tractatu*;& quidem nō abſq;
rationabili motu, renatus e-
nim eſt, & ſpiritum reſumpſit
ab ipſo Papa, vt ex Bulla præ-
dicta Martini V. & vnitus eſt
Cameræ Apoſtolicæ à Sixto 154
IV. & vltrà ſolemnem S. Con-
gregationem Eminentiſs. Car-
dinalium ſuper viis, pontibus,
& aquis, congregantur DD.
Magiſtri viarum cum DD.Aſ-
ſeſſore, & Fiſcali coram Emi- 155
nentiſs. D. Camerario, & corā
Illuſtriſs.viarum Præſide,& ha-
bent audientiam Sanctiſsimi
cum officialibus Curiæ; & à 156
Summis Pontificibus manda-
tum fuit eidem Curiæ Capito-
linæ, vt Magiſtratui viarum aſ-
ſiſtat, eique opportunè auxilie-
tur, vt ex decreto D. Cardin.
Camerarii 7.Septembris 1464.
penes *Bard. fol.* B. b. & Curiā 157
diſtinctam habet, & Procura-
torem,Fiſcalem, Notarium cū
Bariſello, apparitore, & execu-
toribus; recipiunt autem offi- 158
ciales regalia, & ſalaria à Ca-
pitolio ex iniuncto mandato
Summi Pontificis, vt dixi,non
tamquam officiales Capitolii,
quod adeò verum eſt, vt in
cap.de Capitolio &c.mandet Pau-
lus V.*in Reform*§.*reddāt*,rationē
reddere R.C.Apoſt.non autem
Curiæ Capitolii, & ædicta ſub
nomine Emin. Cameratii pu- 159
blicent. Ac omnes denique
actus celebrat Magiſtratus via-
rum à Curia Capitolii omni-
no diſtinctè, & ſeparatè; quid-
quid

quid ſit, quod in ordinatoriis
Iudiciorum, non diſſonet à ſty-
160 lo Capitolii. Cæterum habet
Magiſtratus Viarum in Vrbe
plures Architectos, qui vo-
cantur Submagiſtri Viarum,
ſeu Geometræ, vt ex *Bard. in*
tract.de facult.Magiſtr.viar. cap.5.
Sed aduertendum eſt occaſio-
161 ne verbi Geometra non eſſe
idem cũ Architecto; ille enim
162 Geometra dicitur, qui ter-
ram menſurat, vt ex Græcis,
ad differentiam Geographi,
qui terram deſcribit, ſed Ar-
163 chitectus vtitur quidem no-
titia Geometriæ, & Geogra-
164 phiæ, qua valet etiam in men-
ſurandis viis, pontibus, & ædi-
165 bus ad computationem labo-
rum, cęmentariorum, & fa-
bricatorũ viarum, & ſtratarũ,
& ad ornatiorem formam, &
politiorem, ac ſecuriorem ex-
tructionem ædificiorũ, vnde
architectura dicitur à Cicerone
166 Prudentia, *in lib.1.officiorum ibi*:
quibus artibus, aut prudentia
maior ineſt, aut non mediocris
vtilitas quæritur, vt medicina,
167 vt architectura, &c. & neceſſa-
rios in fabrica ſupponit *Plat. de*
Republ Dialog.1.fol.mihi 532. &
539. eoſque longè præſtare o-
167 pificibus ſcripſit *Plato in Dialog.*
de Philoſoph. fol.mihi 6. poſt mediũ
168 *ibi*, Opificem quidem quinque
ad ſummum, aut ſex minis e-
meres, Architectum verò ne
dragmarum quidem decem
millibus: vtiliter igitur adhibẽ-
tur Architecti pro peritis Ma- 169
giſtratus, in materia ſeruitutum
examinandarum, ædificiorum
extruendorum, demolitionum,
& taxarum faciendarum, qui 170
ideò dicũtur Submagiſtri Via-
rum, vt præmiſimus, & acce- 171
dere ſolent cum Magiſtratu ad
loca differentiæ, vbi contingat
aliquid controuerſiæ in mate-
ria retractus, ſiue in materia
ſeruitutum, aut in cauſis cri-
minalibus contrauentionum,
& aliarum cauſarum reſpicien-
tium vias, & ædificia etiam ex
interdicto Vnde vi, & eligun- 172
tur aliquando extra ordinem
ex non Submagiſtris, in cauſis
ad inſtantiam collitigantium,
quod ita conſueuiſſe deſumitur
ex Bard.d.cap.5. vbi plenè, & ſa-
pienter ſuo more diſcurrit.

Et adhibitos fuiſſe Subma-
giſtros, & Peritos Architectos 173
antiquitus liquet tempore Bo-
nifacii IX. ex inſtrumento fide-
liter tranſumptato ex operculo
cuiuſdam Prothocolli exiſten-
tis, & cuſtoditi in Archiuio in-
ſignis Collegiatę Eccleſiæ San-
ctæ Mariæ in Vialata, cuius
tranſumptum tradidit mihi Il-
luſtriſsimus D. meus Fr. Cæſar
Magalottus Eques Hieroſoly-
mitanus ibidem Prior bo. me.

cuius inſtrumenti tenorem re-
feram hic ad eruditionem, &
eſt, vt ſequitur. In nomine
174 Domini, Amen. Nos Ceccus
infranaccia, & Iacobellus Pau
li Schierici Magiſtri ędificiorū,
viarum, & ſtratarum Vrbis,
cognoſcētes de ea lite, & quæ-
ſtione vertente, & quæ verſa
eſt coram nobis prætextu, vi-
gore, & occaſione cuiuſdam
petitionis, & querelæ verbalis
productæ, & exhibitæ coram
nobis per Ioannem Petrutij de
vulgamine Not. de Regione
S. Angeli, in qua quæſtione, &
quęrela d. Ioannes cum inſtātia
petijt à dd. DD. Magiſtris via-
rum, & per ipſos DD. Magi-
ſtros oculorum fide inſpicere,
& videre, vtrū d. Ioannes poſſit,
& valeat ædificare, & fabrica-
re facere quamdam Piſcheriā
in curſu fluminis Tiburis iuxtà
muros, & mœnia Vrbis, quæ
mœnia poſita ſunt in loco, qui
dicitur Teſtatia iuxtà, & propè
vineam ipſius Ioannis, ſic, vel
aliter, plus, vel minus, prout in
ipſa verbali petitione contine-
tur. Vnde nos Magiſtri præ-
175 dicti viſa per nos dicta verbali
quærela apud acta redacta co-
ram nobis per d. Ioannem, vi-
ſis aſſertis eiuſdem quęrelæ, viſ.
176 Commiſſione per nos facta
Lucæ Tructo, & Antonio Tu-
deſco Submagiſtris noſtris, qui
deberent perſonaliter accede-
re ad locum vbi d. Ioannes in-
tēdit d. Piſcheriam ædificare, &
locum prædictum benè, & di-
ligenter inſpicere, & videre,
viſa relatione nobis facta per
dd. Lucam, & Antonium no-
ſtros Submagiſtros, in qua no-
bis retulerunt, quod d. Ioannes
liberè poſſit, & valeat ædifica-
re, ac etiam ædificari facere
Piſcheriam prædictam in cur-
ſu aquæ fluminis Tiburis iux-
tà, & propè muros, & mœnia
Vrbis prædictæ, vt patet per a-
cta infraſcripti noſtri Notarij
Viſ. per nos d. loco vbi d. Ioan-
nes d. Piſcheriam ædificare in-
tendit, viſo conſilio nobis da-
to in dicta cauſa, per ſapientem 177
virum D. Iacobum de Magi-
ſtris Lucæ Iuriſperitum, noſtrū
Aſſeſſorem, & per nos aſſum-
ptum in Conſultorem; Viſ.
omnibus actis, & actitatis in
cauſa eadem factis, viſis, & au-
ditis Iuribus d. Ioannis, & per
d. Ioannem, & eius Procurato-
rem, & Aduocatum, qui ſæpius
dicere, proponere, & allegare
voluerunt, habita ſuper his ple-
na, & matura deliberatione, &
conſilio &c. per ea, quæ vidi-
mus, & agnouimus, & vide- 178
mus, & cognoſcimus, Chriſti
nomine inuocato, propoſitis
coram nobis Sacroſanctis Scri-
pturis, ſedentes pro Tribunali
ad

ad ſolitum bancum Iuris, vt moris eſt, Palatij Capitolij, in his ſcriptis pronunciamus, & declaramus prædictum Ioannē liberè poſſe, & licitum eſſe ſibi fore, ædificare, & fabricari facere Piſcheriam prædictam in dicto curſu fluminis Tyberis, iuxtà, & propè mœnia Vrbis, & locum prædictum, vbi dictus Ioannes intendit d. Piſcheriam ædificare facere: & prædicta
179 dicimus, & declaramus, pronunciamus, et ſententiamus, etiam omnibus via, modo, et forma, quibus melius fieri poteſt, et debet, et vigore, auctoritate, et Balia d. noſtri officij, quibus fungimur ſequentibus forma iuris, &c. Et latius ſequitur eadem ſententia vſq; ibi ſub anno Dom. MCCCLXXXX. Pontificatus D. Bonifacij Papæ IX. indictione decima quarta, menſis Septembris die vltima; præſente, et petente d. Ioanne, ac præſentibus his teſtibus Ioāne de Margan. Not. de Reg. Campit. Alexio Thomæ de Magiſtr. Lucæ de Regione Campit. ad prædictam vocat. et rogat.

Scripta, et publicata fuit dicta ſentētia per me Nicolaum Chriſtophori Ciuem Romanum Dei gratia Imperiali auctoritate publicus Notarius de mandato, et licentia dictorum Magiſtrorum. Et hæc de Architectis.

Habet in Vrbe Magiſtratus etiam Fabricatores viarum, ità 180
dictos, quia curam gerunt inſtruendi itinera, et pontes, ſternendi, reparandi, et reſtaurandi extra Vrbem vias publicas 181
iuxtà præciſam formam ſcandalij diſpoſiti ab Architecto viæ ſternendæ, ſiue reaptandæ: Opus autem faciendum quaſi 182
ſub haſta poni ſolet, & conceditur in Vrbe, meliorem conditionem facienti in opere viæ illius, de qua tunc agitur, et expediuntur inde litteræ patētes Eminentiſs. D. Cardinalis Camerarij, & eorum merces 183
ſoluitur de taxa viæ prædictæ, mediantibus mādatis Magiſtratus directis Depoſitario eiuſdem, et non aliter, quæ mandata fieri non deberent ante 184
quam facta ſit menſura operis ab Architecto, et recognita, ſeu confrontata à Dominis 185
Magiſtris, vel à D. Procuratore Fiſcali, et Deputatis viæ 186
prædictæ, qui deputari ſolent in Congregatione coram Illuſtriſſimo Præſide, et Ill. Magiſtris ex taxatis in via, de qua agitur; incipit autem exigi ta- 187
xa ante mēſurationem reſtaurationis, ſiue inſtructionis, quia inoleuit vſus ſoluendi aliquid fabricatori, etiam ante menſuratio-

188 rationem prædictam: Aduer-
tere tamen Architecti debent,
vt intra Ciuitates, et Caſtra, vel
ſimilia loca ſternantur viæ ſili-
189 ce, et extra Ciuitates glarea, vt
antiquitus aſſuetos fuiſſe mini-
ſtros ædilium refert *Liu.lib.*4.ab
190 Vrbe condita, et *Tibull. lib.* 1.
*cap.*8. Glarea ſiquidem, vt et
*Columell.*ſcribit, reſpuit imbres.
191 Statim igitur ac completum
eſt opus reſtaurationis viæ, ſal-
tem pro aliqua parte conſide-
rabili, Fabricatores procurare
192 ſolent menſuram inſtructio-
nis, ſeu reparationis viæ, aut
ſtratæ à Perito Submagiſtro, ſi-
ue Architecto eiuſdem viç, qui
menſurat, & æſtimat id, quod
æſtimatione indiget, et ſanè
193 ſalutare eſt, vt præſens menſu-
ræ ſit alter ex Illuſtriſſimis Ma-
giſtris viarum cum Fiſcali, qui
poſsit poſtea in emergentibus
194 litibus, et controuerſijs eò fa-
cilius defendere veritatem, et
talis acceſſus, et menſura fieri
debet cum interuentu etiam
195 Deputatorum illius viæ abſque
aliquo honorario, & mercede,
prçterquā quoād expenſas pro
equitatu, et victu, vbi in diſtan-
196 tia Vrbis fiat opus; ſumptibus
tamen fabricatoris, quod ſi fa-
bricator prætendat ſe grauatū
à Submagiſtro, ſolent deputari
197 Periti pro reuiſione menſuræ
ſumptibus petentis, et deinde
cuius de iure. Habent autem 198
facultatem fabricatores huiuſ-
modi, capiendi etiam propria
auctoritate honeſtis tamen me-
dijs, et ſoluto iuſto pretio iuxtà
diſpoſitionem *l.qui vias 31,ff.de*
*damn.infect.*glaream, arenam, et
materias aptas, et neceſſarias ad
opus ex locis, et prædiis vici-
nis, et commodioribus operi
prædicto, quæ ſint precio æſti- 199
mabiles. Cçterum in menſura
inſtructionis, et reſtaurationis
viarum, et ſtratarum modum 200
ſolutionis nō ad puram inſtru-
ctionem ſolum, ſeu reſtaura-
tionem viæ obſeruare debet
peritus Submagiſter, verum
etiam ad inciſionem riparum,
& laterum, expurgationem luti;
atque ad nouas factas foueas,
pro aquarum deriuatione, ad
ipſam viam exſiccandam: Et
aduertere accuratè debet ad
operis qualitatem, ex qua
materia fuerit, iuxta opportu-
nitatem loci, et commoditatē 201
materialium: ſi ſternatur via,
aut reſtauretur ſilice, ſilex erit,
aut magnus, aut medius, aut
(vt vulgo dicitur) baſtardo, vel
minus, vnde diſtinctè deſcribi
debet reſpectu pretij, et debet
habere lectum bonæ materiæ 202
ſuppoſitum, honeſtæ, et pro-
portionatæ altitudinis ad ſitū,
et qualitatem terreni eiuſdem
viæ; in lateribus tamen debent 203

poni

poni ſilices magni, ſicut et in
linea media, vulgo guide, qui-
204 bus ſtrata firmior, et ſecurior
reddatur, quod non ſolum in
205 ſiliciatis ſeruandum eſt, ſed e-
tiam in ſtratis, glarea, vel ma-
ſicciata, aut alia reſiſtẽti maſ-
teria, et ſemper lectum habeat,
et guidas in lateribus; ſi verò
non ſternatur via ſilice, ſterne-
tur petra minus dura, aut quid
ſimile, ſuper lecto bonę mate-
riæ, vt eò firmius via ſolidetur,
et inſtruatur iter.

DE TAXIS imponendis, & exigendis pro Vijs, & Aedificijs.

CAP. IV.

1 VErbum taxare pro re-
repræhendere, et ar-
guere dicitur apud Fe-
ſtum, e Sueton. in Auguſt. et
2 *Plin. lib.* 15. *cap.* 15. et pro leuiter
3 tangere *Ianũ Gulielm. in ſuo An-
tiquar. verb taxare*, apud alios ta-
men verius, et proprius præci-
puè ad rem noſtram dicitur
idem eſſe ac ęſtimare pretio, vt
ex l. illud, C. de excuſat. muner. lib.
10. et *ex eodem Feſto*, et nota-
uit præd. *Gulielm. loco cit. verſ.*
*vulgo, per Sicul. Flac. de cond. agr.
& per Aggen. de agrimenſ. Plin. in
tribus alijs locis lib. 9. cap. 35. lib.
14. cap. 15. & lib. 16. cap. 1.*

Ideoque ex quo Magiſtratus 4
Aedilium Curulium, quem
in Vrbe conſtare ex S. Congre-
gatione Emin. DD. Cardinaliũ 5
ſuper vijs, et pontibus &c. ex
Emin. Card. Camerario, Illuſtr.
Præſide viarum, et DD. Magiſ-
ſtris viarũ &c. prænotauimus,
habet inter cætera ſuæ militiæ
onera vias publicas, et conſula-
res, ac militares aperiendi, ma-
nutenendi, cuſtodiendi, et re-
ſtaurandi per circuitum, facul-
tatem intra, et extra Vrbem, 6
ſicuti et fontes, ædificia, ſtratas, 7
plateas, et vicos, quod munus 8
vſurpatũ fuerat olim à Magi-
ſtratu Cenſorum, qui ſanè for-
midabilis erat, vt notiſsimum
habetur, et plenè, et diſtinctè
differit *Liuius lib. 41. in vlt. colum.*
anno ab Vrbe condita 576. ſed 9
proprium eſt, et particulare
munus Magiſtratus ædilium,
ſiue viarum &c. ex eodem *Liu.
lib. 7. per legem* 12. *Tabul.* reſtitu-
tum à Summis Pontificibus,
quorum operum impenſæ non
niſi ab ipſo populo tamquam 10
pro publico ſoluendæ ſunt
in Vrbib. quidem iuxta diſtin- 11
ctionem cuiuſque domus, *ex
l. ædiles, §. conſtruat ff. de via pub.* et
Romæ quidem practicatur, vt 12

25.palmorum mēſura ſit iuxta
domum vbi via reaptatur;vlte-
13 riusautem ſpatium, quod ſu-
pereſt,vt v.g. contingere poteſt
in vijs latis, et plateis reſtaura-
tur comunibus expenſis ipſorū
Dominorum domorum adia-
14 centium, et dici ſolet anima:
Quo verò ad ſolutionem mer-
cedis pro ſiliciatis, et lateratis
viisin Vrbe Domini domorū,
ſi ſuis expenſis intimati refi-
ciant, ſolent ſoluere iulios vi-
15 ginti pro qualibet canna; his
autem moroſis in reſtaurādo,
ſi reficiantur ex officio tunc,
pro qualibet canna ſoluitur
iul.21.reſpectu expenſarum,eſt
autem in Vrbe altitudo ſilicia-
tæ vnciarum ſeptem: Inde re-
16 ſpectu taxę infertur opportunè
ab Vrbe ad territoria locorum
17 extra Vrbem in vijs publicis,
prout legē Zenonis ad Aman-
tium extendit, in genere Edifi-
ciorū; *Iuſtinian. in l.fin.C.de ædif.*
priu. vt infra melius aduerte-
18 mus. Interim,vt modū Inſtru-
ctionis, et Reſtaurationis via-
rum extra Ciuitates, eiuſque
operis ſolutionem obiter cogi-
temus: ſciendum eſt,vias extra
Ciuitates aut ſilice ſterni cum
calce, aut ſine calce; vel etiam
petra minus dura, aut ſaxis di-
rutarum ædium, aut glarea,vel
quid ſimile,ſempertamen cum
ſuo lecto bonæ materiæ,et gui-
dis ad latera ſtratæ, niſi locus
ſemitæ, per ſe aptus ſanè ſit, &
bene diſpoſitus natura,vel arte
ad conſeruandum viam: ſolui- 19
tur autem pro ſiliciatis merce-
dem operis,ad rationem iulio-
rum 22.pro qualibet canna dū
ſiliciata cum calce firmata ſit, 20
et eſſe debet altitudinis vnius
cubiti ad minus, ſi verò fir-
mata ſit abſque calce ſolue-
tur ad proportionem,ſeu iuxta 21
conuentionem in contractu
factam, dummodò ſilices ſint
non inferioris magnitudinis,
et eadem proportio, et conuē-
tio ſeruabitur in ſtrata cuiuſq; 22
inferioris materiæ iuxta præ-
dicta. Cæterum quoad con-
curſum ſolutionis, ſeruandum
eſſet,vt quiſque locus teneatur
ad expenſas refectionis, et re- 23
ſtaurationis viarum, quæ per
illius territoriū ſemitā habent,
vt infra dicemus, ad quod te-
nētur omnes indiſtinctè, *l.abſit* 24
C.de priuil. dom. Aug. lib. 12. *l.ad*
inſtructionem, C. de Sacroſ. Eccleſ.
l.ad portus,C.de operib.pub. cum ſi-
milib. et conferunt obſeruata à
Spec.de cenſ.& exact.verſ.item po-
ne, vbi nullam dignitatem ex- 25
cuſari dicit, ac etiam debere
ſoluere ſubdit, ſi ad aliam ſe
transferat Ciuitatem taxatus,
Spec.ib. ratio autem eſt vtilitas, 26
quam taxatus quiſque inde
ſentit, vt per *Spec.loc.cit. in verſ.*

ratio

ratio &c. per l.2. §.vicinales, ff. ne quid in loc.pub. & etiam ſi vellet
27 renũciare vſui,*Spec. ib.*& tenen-
28 tur indiſtinctè omnes de prouincia, *Rim. Sen.conſ.31.*vbi optimè quidem in caſu taxarum paſsim per tot. præcipuè ſub-
29 diti eiuſdem Principis, & maximè ſi ſint ſub eadem Ciuitate, *Rim.d.conſ.31. ex num.45.*vbi *num.* 46. firmat non prodeſſe Appellanti dicere, quod per aliam viam tranſire poteſt, & pro motiuo communis vtilitatis ſtat *Guliel. de cun.in d. l. ad inſtructionem,C.de Sacroſ.Eccleſ. per l.1.§.viarũ,ff.ne quid in loc.pub.Rimin.d.conſ.31.ex num.*47. & vt in ſimili dicitur de exactione cẽſuum *in l.4.C.de cenſib. lib.* 12. *l. forma* 4.§. *ſi vero quis agrum, ff. de cenſibus,* niſi damnum datum
30 fuerit à priuato, qui eo caſu tenetur, *vt ex l. fin. in fin. ff. de via*
31 *publ.* & ſi ſoluendo non fuerit, vicinos teneri, opinatur *gloſſ.in d.l. fin. in verbo compellitur &c.*
32 Pro extructione autem, aut reſtauratione murorum Ciuita-
33 tis, & cuiuſque loci, taxantur ſinguli ciues, & territoria *l.omnes la 2.de operib.pub.iuncta d.l.ad portus, C.eod.tit.*
34 Hinc ſi reſpiciamus ad modum hodiernum taxandi àb Architecto vineas, caſalia,ciuitates, & loca, taxaſque exigendi per commiſſarios exactores, graue nimis ciuibus redditur, & incolis,tam Vrbis,quam cęterorum locorum, ſtabilia poſſidentibus, propter continuas vexationes,& expenſas,& via aperit; fraudibus, miniſtrorũ, & operariorum eiuſdem Tribunalis: Et ſæpè accidit, quod pro modico ſuſtinet quis magnam exactionem contra di- 35
ſpoſitionem *§.fin.Auth.de fid.inſtrum.Guerrin.in prælud. feud.pag. mihi* 185.*verſ.quia, poſt Iacob. de Ardizon.in tit.qualiter iur.deb.vaſſal. fidelit.* Ideoque pluries in Populo paſſim, varij diſcurſus habiti ſunt de modo inquirendo, vt publicæ,& priuatæ prouideretur vtilitati, & grauamina tollerentur, vt inferius recenſebimus.
Quod verò attinet ad demo- 36
litiones, ſiue vt vulgo dicitur, iectitus intrà Vrbem, de quib. 37
Bard.loco cit.cap.2. cautum ſanè eſt in iure reſpectu ornatus, & eruditi, atque pulchrioris Vrbis aſpectus, & diſpoſitionis,vt ex reſcripto trium Cæſarum in *l.præſcriptio,C.de operib.pub.et alio reſcripto Arcad.& Honor.in l.ædificia* 13.*eod. tit.* & ſumma quidẽ ratione,quãdoquidem hę res, 38
maximè intra Vrbem ſunt de Regalibus Principis, *Petr. de Vbald. de collect. num. 37. verſ. alia eſt via mere publica &c.*viarumq; cura ſpectat ad Magiſtratum. 39

l.2.§. hoc interdictum tantum, ff.ne
quid in loc.pub. qui tamquam iu-
dex debet publico commodo ,
40 & ornatui magis intendere ,
quam priuato , *vt ex l. vn. cum*
ibi notat. ab Alberic. C. de offic. co-
41 *mit. ſacr. largit.* ſed non poteſt
Iudex arbitrari in demolitioni-
bus, & iectitu, niſi in domibus
æſtimationis quinquaginta li-
42 brarum argenti , vltrà quam
ſummam debet verbum facere
cum Principe, vt eius oraculo
habito vbi amplior poſcitur
quantitas, Imperialis extet au-
ctoritas, *l. ſi quando, C. de operib.*
pub. Vnde etiam ſi Paul.III. in
43 ſuo motu proprio ſupra recen-
ſito *ex* Bard. *fol.* DD. *v. quodque*
44 *in fol.* EE. det facultatem diri-
gendi vias, & demoliendi do-
mos ; hoc tamen generaliter
in omni demolitione ad orna-
45 tum, facto prius verbo cum
Sanctiſsimo decet practicari:
Interim ſciendum eſt, quod in
iectitu , & alijs taxis, Eccleſiæ
ipſæ nullatenus taxandæ ſunt ,
ſed vtique conuentus , & mo-
naſteria , & ità practicari audi-
46 ui ex veteri conſuetudine Tri-
bunalis viarum , quo vero ad
priuatas domos illæ taxari non
debent, quę patiuntur iectitum
& demolitionem: Illud autem
47 generaliter de demolitione ad-
uertendum eſt , quod vbi agi-
48 tur de ornanda Vrbe , poteſt
quidem Princeps domos impe-
dientes, & deformantes demo-
liri facere , ſoluendo earū pre-
tium ex taxa pro opere conſul-
tis Peritis pro rata commodi ,
& vtilitatis publicæ à Ciuibus
exigenda , vt Romæ pluries à
retro Principibus, ac etiam in
diebus noſtris practicatū fuit ; 49
Et quidem reſpicit ornatus pu-
blicam vtilitatem, *vt ex l. præ-*
ſcriptio, l.ne ſplendidiſſimè, & paſ-
ſim, C.de operib.pub. Et poteſt lex 50
& Princeps propter publicum
ornatum , & vtilitatem cogere
ſubditos ad alienandum do-
minium rei ſuæ , vt deſumitur
ex l. item ſi verberatum , ff. de rei
vendic. l.Lucius, ff. de euiction. & ex
notat. à gloſ. & Bart. in l. fin. C. ſi
contr.ius, vel vtilit. pub. & deſu-
mitur ex deductis per *Fran.*
Balb. de præſcription. verſ. quarto
principaliter in n.3. quemadmo-
dum è conuerſo , non deberet 51
fieri demolitio, ſeu iectitus, per
quem potius deformaretur ,
quā ornaretur Vrbis aſpectus ,
l.2. & paſſim C.de ædif.priu.l.2. &
fin. ff.ne quid in loc. pub. vnde &
inter leges 12.tabularum illa
poſita eſt de tigno iniuncto , 52
qua prohibetur demolitio ædi-
ficij, etiam fabricari ex cemen-
tibus alienis , §. *cum in ſuo ſolo*
inſt. ciu. de rer. diu. & conferunt
deducta *à Petr. Fabr. in l. non eſt,*
176. *ff. de reg. iur. fol. mihi* 634.
verſ.

verſ.quamobrem, publicè enim
intereſt ædificia non deſtrui,
*l.prætor,§. hoc interdictum prohibi-
torium eſt,ff.de nou.oper.nunc.Gra-
tian. diſcept.* 32. *ex num.* 19. Et
53 decet Principem, & publi-
cè expedit, Vrbem eſſe orna-
tam ædificijs, quibus fruantur
Ciues, erudiantur & peregrini,
& ornatum Vrbis proſpectū,
54 & nitorem cuncti aſpiciant,nō
autem deformatum ruinis,vn-
de lege conſtitutum eſt,vt qui-
libet priuatus proprias domos
ædificare poſſit etiam abſque
licentia Principis, *vt ex l.4. ff.
de operib.pub.* & deſumitur *ex l.
domum* 61*.ff.de reg.iur.*dummo-
55 do ædificans lineam, & dire-
ctionem proſpectus murorum,
aut cuiuſcumque ædificii pro
56 parte publicū occupante,quod
vulgo dicunt il filo, à Magi-
ſtratu ædilium ſuſcipiat, quod
in vrbe practicatur,facto verbo
cū Sanctiſſimo pro pretio ſitus
à peritis æſtimando, & in vſus
publicos erogando. Impedire-
tur tamen priuatus ædificans,ſi
57 excederet in altitudine ædificii
ſupra modum, de quo in *l.* 1.
*C.de ædif.priuat.& ibi gloſ.in verb.
vſitatum*,& contra veterem for-
58 mam *l.*1.*C.de ſeruitut.*& niſi di-
ſtaret à vicina Inſula decem
59 pedibus ſi priuata, quindecim
autem ſi publica ſit, *vt ex l. im-
peratores, & ibi gloſſ. verb. à vici-
na,ff.de ſeruit.vrb. præd.*idemque
ſpatium de męnianis intelligi-
tur *l.męniana, C. de ædific. priu.*
menſuram autem altitudinis 60
ædificiorum ſeptuaginta pedū
obſeruat *Briſſon. ſelectar. ex iure
ciu.antiquit.cap.*1.*verſ. quod ſi &c.*
reſtitutus nuper ab Henric.
Hann. cumque modum ab
Auguſto primum conſtitutum
teſtatur idem *Briſſon.* vt vrbis
formam, & ornatum foueret,
quam tamen altitudinem cohi-
bitam à Nerone in noua vrbis 61
ædificatione poſt incendium,
refert *Tacit.annal.lib.*15. *ex verſ.
cæterum Nero &c.* & obſeruat
Briſſon loco cit. & certam non
fuiſſe altitudinis menſuram in- 62
dictam à Nerone; poſtea vero
Traianum ſexaginta pedum 63
altitudinem conſtituiſſe,auctor
eſt *Sext.Aurel.relatus à Briſſon. in
d.cap.*1.*verſ. ſed quem &c.* vbi aſ-
ſerit ſuis temporibus (ſcribit
anno 1556.) adhuc obſeruari,
eamque altitudinem tamquā 64
maximam notat, nec *Vitruu.ab
eodem cit.lib.*2. *cap.*9. certam ex-
primit altitudinis menſuram
in ædificiis, ſed rationem red-
dit prorogandæ altitudinis, &
multiplicandorum cœnaculo-
rum propter ciuium auctam
multitudinem;habemus etiam
legem Zenonis ad Adaman- 65
tium directam, vt ex Gotho-
fredo in ſuo *corp. iur.ciu.* videli-

cet *l:pen.in tit.C.de ædif.priu.* quã
ita ponẽdam dixerat *Petr. Fab.*
66 *in l.domum, 61. ff. de reg. iur.* quæ
quidem Zenonis lex, incipiens
Ex quo pace frui cepimus &c.
renouat legem Leonis eius pa-
tris, ſpatium duodecim pedum
intermedium inter vtramque
domum, *ibid. in* §.2. altitudinẽ
67 verò centum pedum, conſti-
tuentem *in* §. *inſuper*: quia ve-
rò dubitabatur localis, Iuſtinia-
nus eam extendit ad omnes
Vrbes Imperii Romani, eam-
que ſeruãdam ſanciuit expreſ-
sè *in l. fin. eod. tit. C. de ædif. priu.*
68 *& alibi*, eamque ſapientiſsimè
quidem defendit nuper Illu-
ſtr. Dominus meus Marcellus
Seuerolus Aduocatus Conſi-
ſtorialis, in Aula Cancellariæ
Apoſtolicæ, qui florentis æta-
tis annos virtute ſua odoratiſ-
69 ſimos reddit ad gloriam. Itaq;
reſpicientes breuiter ædificio-
rum altitudinem, eam erigen-
dam obſeruare liceat, ad pro-
portionem latitudinis viarum,
& plateaũ: impugnauit enim
Seneca lib. 3. controuerſ. altitudi-
70 nem ædificiorum propter an-
guſtiam viarũ, dubitans prop-
terea nullum præſidium habẽ-
dum, & effugiũ contra ignem,
71 & ruinas; & è conuerſo latitu-
do ab vmbra ædificiorum non
correcta, grauiore æſtu arde-
ſcente, vt conſiderat *Tacit. d.*
lib. 15. ann. ex verſ. Erant tamen
&c. noxia redditur; quapropter, 72
ad proportionem latitudinis
viarum, & platearum, debent
ædificiorum altitudines men- 73
ſurari, quia regulariter vbi cer-
tus modus à lege datus nõ eſt,
aut ſeruitus aliqua non obſiſtit
arbitrarium eſt cuiuque ædifi-
cium proprium extollere, *l. al-*
tius, C. de ſeruit. & aqu. quod ta-
men arbitrium conformari de- 74
bet cum publica vtilitate, quæ
ſemper & vbique aduertenda
eſt ex conſideratis *à Menoch. de*
arbitr. iud. q. 81. ex n. 5. vbi quod 75
aduertenda ſit æquitas per *l.* 1.
§. *ſi ſeruus, ff. de ventr. inſpic. l. mu-*
lier, §. *non eſt dubitandum, ff. ad ſen.*
conſult. Trebell. regulatur enim 76
iudex ab æquo, & bono, *Me-*
noch. de arb. iud. q. 8. num. 30. dixi
ego *in* §. *quod tamen Inſt. crim. de*
arbitrar. iud. Et propterea Aedi- 77
lis, qui iuriſdictioni præeſt
huiuſmodi, *Bard. ſuper facult.*
Magiſtrorum viarum paſsim, Fra-
goſ in ſuo Regim. Reip. Chriſtian. lib.
1. diſp. 21. ex num. 4. & ſeqq. & li-
quet *ex l. ædiles, ff. de via pub. & ex*
l. ad curatoris, ff. de damn. infect. Phi-
lip. Knipſchild. de iurib. & priuileg.
ciuit. lib. 5. cap. 27. num. 11. mo-
derabitur iuxta id, quod publi-
cè expedit tam ad ornatum,
quam ad ſalubritatem, vt latè
Fragoſ. loco cit. & deſumitur etiã
ex congeſtis à *Maſtrill. de Magi-*
ſtrat.

*ſtrat lib.3.cap.*10.*ex num.*270.
Ex prædictis deduct.conſtat
78 ius demoliendi ædificia ad ornatum Vrbis eſſe de regalibus Principis, dummodo tamen non fiant cum incommodo, &
79 detrimẽto priuati Domini domus demoliendæ, his enim reſpicit Principis prouida pietas, vt ex ſupra deductis liquet, ne clamet lapis de pariete, aut re-
80 ſpondeat lignum de iunctura parietis cũ *Abacuch.cap.*2.*v.*11. & *Philip.*Knipſchild. obſeruat in ſuo *tract. de iurib. & priuil. ciuit. lib* 5.*cap.*26.*ex nu.*5.*& ſequentib.* & in operibus publicis reſpicit
81 Princeps etiam commodum ſubditorum, vt ex eod. *Philip.* Knipſch.*loc.cit.deſum. nu.*8.*per Bodin.de Repub.lib.*6.*cap.*2. Harum
82 rerum agendarum peritia, ius, & exequutio reſidet penes Magiſtratum Aedilium Curulium deriuata ab ipſa lege, & ab ipſo Principe, *vt ex d.l.ædiles ff.de via publica &c.& ex d.l.*2.*§. aduerſus eum,ff.ne quid in loco pub* & ex ſupra deductis. Vigilantia tamen magis continua
83 prædicti Magiſtratus eſſe debet in reſtauratio,& manutentio viarum, & ſtratarum publicarum abſque inutili, & iniuſto grauamine ciuium, & aliorum ſubditorum; ſicut ædificiorum
84 in Vrbe, vigilando in coactiua iuris congrui,& generaliter ad ornatum, vt qui inceperit perficiat, & diruta reficiantur, ad- 85
uertentes, quod ſi Dominus domus dirutæ negligat reædificationem longo tempore,illa acquiri poſset Fiſco, *l.*4.*& fin. C.de iur.Reipub.Nouell.*17.*cap.*1. §.1.*Philip.*Knipſchld.*de iur.& priuil.ciuit.lib.*5.*cap.*27.*ex num.*11.
verſ. Et quod ſi diruta &c. Sed & 86
Magiſtratui viarum curæ eſſe debet purgatio Ciuitatis, *Fragoſ.loco cit.& paſſim in d diſp.* 21.
Quinimmo & ipſi Principi ſci- 87
licet viarũ, & platearũ, ac etiã vicorum expurgatio, vt benè deſumitur *ex l.*1.§. 1. *ff. de via pub.*Keckerm.*ſiſtem.polit.*1.*cap.*21 Knipſchild.*loco cit.ex num.* 56. & etiam deſumitur *ex l. ſi quando, C.de operib.pub.* Nec aliquis, vt præmiſſum eſt, excuſari poteſt à ſolutione taxarum, eoque
minus pro reſtauratione publi- 88
corum ædificiorum, *vt ex l.ſingularum* 8.*C.de ædif.priuat.& melius ex d. l ad Portus* 6. *& ibi gloſ. in verb. priuilegijs &c. C. de oper.*
pub. & paſſim in eod. tit. nec ali- 89
quis excuſatur prætextu ſibi competentis priuilegij ex Imperiali reſcripto Gratiani, &
Valentiniani Cæſarum in *d. l.* 90
ad Portus, cui conformantur Summi Pontifices, tamquam rationi conſono,*c* :.*& 2.de nou. oper. nunciat.* & ex dicto motu proprio Pauli III. & alijs ſimilibus

libus paſſim emanatis, inter
91 quæ potiſſime aduertendum
eſt vltra bullam reuocatoriam
exemptionum ſa. mem. Alex.
VII. confirmatoriam aliarum
à Prædeceſſoribus emanatarũ
ſuper eadem reuocatione exẽ-
ptionum; ſpecialiter verò ad
rem noſtram, ad Chirographũ
92 eiuſdem ſa. me. Alex. VII. (ad
confirmationem alterius) ema-
natum anno 1663. quo ademit
quaſcumque immunitates, &
priuilegia ad effectum ſoluen-
di taxas a Magiſtratu viarum
factas, cuius tenor inſeriſſe li-
bet ad pleniorem probationẽ,
& eſt vt ſequitur, videlicet,

93 *Monſignor Pallauicino Chierico
della noſtra Camera, e Preſidente
delle ſtrade, Bartolomeo Capranica,
e Lodouico Caſale Maſtri di ſtrade,
94 & altri Preſidenti, e Maſtri di ſtra-
de pro tempore. Hauendo noi con
altro noſtro Chirografo ſpedito il 1.
d'Agoſto 1658. ordinato, e dato fa-
95 coltà di poter forzare à pagare le
taſſe delle vie, ſtrade, e ponti per le
carrette, e carrozze ferrate, & per il
giulio delle botteghe ognuno indiffe-
96 rentemente, anco quelli, che hanno
le patenti di Caſtel S. Angelo, Fabri-
ca di S. Pietro, Monſignor Gouerna-
tore di Roma, Cardinali, e Prencipi
&c. non oſtante qualſiuoglia priui-
97 legio, patente, & eſentione, & anco
ad obedire, & eſſere ſottopoſti alli
voſtri ordini, e bandi in quelle coſe,
che riſguardano il voſtro offitio, e la
politia di queſta noſtra Città di Ro- 98
ma, e come più amplamente in detto
noſtro Chirografo, & altro ſegnato
ſotto li 30. di Marzo 1661. il tenore
de' quali Chirografi habbiamo qui
per ſufficientemente eſpreſſo, & de
verbo ad verbum regiſtrato; e perche
ciò non oſtante molti in pregiudicio
dell'oſſeruanza di detti Chirografi, e
delle voſtre ordinarie facoltà confer-
mateui, e rinouateui reſpettiuamen-
te dalli noſtri Prædeceſſori, e da noi,
pretendono di non pagare le dette taſ- 99
ſe, nè quelle delle caue di pozolana
a' voſtri eſattori, & appaltatori, cioè 100
li patentati della Fabrica di S. Pie-
tro, di Caſtel S. Angelo, Alabardieri 101
di Monſig. Gouernator di Roma, pa-
tentati delli Cardinali, e Prencipi,
Hoſpedale di S. Spirito, del Sant'Of-
ficio, & altri, e che perciò alcuni
delli ſopradetti hanno inhibito voi, e
detti Eſattori, & Appaltatori vo- 102
ſtri auanti l'Economo della Fabrica
di S. Pietro, & altri auanti alli loro
protettori, e giudici, il che tutto è
totalmente contro la noſtra intentio- 103
ne, e volontà, perche intendiamo, e
vogliamo, che veruno delli ſopradet-
ti ſia eſente dal pagamento delle taſ-
ſe delle carrette, e barozze ferrate, e
del giulio delle botteghe, e di qualſi- 104
uoglia altre taſſe di vie, ſtrade, edi-
ficij &c. la Fabrica di S. Pietro, e
ſuoi patentati, Caſtel Sant'Angelo,
Monſig. Gouernatore di Roma, Sant'
Officio, Hoſpedale di S. Spirito, e loro
paten-*

patentati, & alabardieri, & altri
officiali reſpettiuamente de' Prencipi,
105 e Cardinali, e del noſtro Apoſtolico
Palazzo, nè qualſiuoglia militia re-
106 golare, ò ſecolare, loco pio, Collegio,
Vniuerſità, Religione, e delle XI.
107 Congregationi, e Mendicanti, Com-
pagnia di Gesù, e qualſiſiano Rego-
108 lari, ò Collegiate ſecolari Baſiliche
di S. Pietro, S. Gio. Laterano, S. Ma-
109 ria Maggiore, e qualſiuoglia altra
Baſilica, loco pio, & ogni altro di
110 qualſiuoglia ſtato, grado, e conditio-
ne, dignità, Religione, preeminenza,
111 etiam priuilegiati, e priuilegiatiſſi-
mi, e che tali finalmente foſſero, che
doueſſe farſene ſpeciale, e ſpecialiſ-
ſima mentione, e degni di nota parti-
colare, si che l'effetto ſia, che ogn'v-
no indiſtintamente paghi le ſudette
taſſe ſenza eccettione alcuna, E voi
112 ſoli priuatiuè ne ſiate li giudici, e
cognitori ſenza appellatione, e ri-
113 corſo, in queſta parte ſolamente, ec-
cettuando noi dal pagamento della
114 taſſa delle carrette ſolamente vna
carretta, che ſerue per la Floreria
115 del noſtro Palazzo Apoſtolico, due
carrette per le due compagnie delle
noſtre guardie de' Caualleggieri, cioè
vna carretta per ciaſcheduna com-
116 pagnia, altre quattro carrette ſimili
che ſeruono per il noſtro Caſtel S.
117 Angelo, vna carretta, che ſerue il
118 Reuerendiſſimo Cardinale Camera-
rio, & vn'altra carretta, che ſerue
Monſignor Gouernatore di Roma.
Quindi è che di noſtro moto pro-
prio, certa ſcienza, matura delibe-
ratione, e piena noſtra poteſtà Apo-
ſtolica confermando in prima il detto 119
noſtro Chirografo dato ſotto il primo
d'Agoſto 1658. quanto l'altro ſu- 120
detto emanato ſotto li 30. Marzo
1661. & ogn'altro Chirografo, Bol-
la, Conſtitutione, e qualſiuoglia al-
tra diſpoſitione noſtra, e d'altri Sõ-
mi Pontefici noſtri predeceſſori ema-
nato, & emanati in confermatione, 121
rinouatione, e corroboratione delle
voſtre facoltà, officio, e giuriſditione,
per magior dichiaratione, & eſpreſ-
ſione della noſtra intentione, e vo- 122
lontà vi ordiniamo, e diamo facoltà
di conoſcere, e giudicare voi ſoli, de-
putandoui anco quando faccia di bi-
ſogno Giudici priuatiuè ad ogni al- 123
tro di poter fare, operare, & eſſegui-
re tutto ciò che ſarà neceſſario circa
le coſe ſudette, e loro anneſſi, con-
neſſi, & emergenti in cauſa di taſſe
ſudette di vie, ſtrade, ponti, edificij
carrette, e barozze ferrate, del giu- 124
lio delle botteghe, caue di pozolana,
& ogni altra coſa, che riſguardi edi-
ficatione, e reſtauratione, e la politia
di queſta Città di Roma, e di for- 125
zare la fabrica di S. Pietro, e ſuoi
patentati, e Caſtel S. Angelo (li Agiu-
tanti di quel luogo, però non doue-
ranno eſſer moleſtati per il giulio
delle botteghe, hauendone voi, ò il vo-
ſtro appaltatore il rimborſo delli de-
nari de' cocchi vetturini) S. Officio, e
ſuoi patentati, Alabardieri di Mon-
ſig. Gouernatore di Roma, e qualſi-

uoglia

uoglia altri loro officiali,e patentati,
Hoſpedale di S.Spirito,Guardia de'
Caualleggieri, patentati dell'Apoſto·
lico noſtro Palazzo , Appaltatori
Camerali, Cardinali, Prencipi,Ca·
ualieri Geroſolimitani,e di qualſiuo·
glia altra militia tanto regolare ,
126 quanto ſecolare, Collegio , Vniuerſi-
tà, Congregatione, ò Religione tanto
delle vndeci, mendicanti, e Compa·
gnia di Giesù,che qualſiuoglia altro
loco pio, Religione, Regolarità, Ba·
ſiliche di S.Gio.Laterano, S.Pietro,
127 S.Maria Magiore , e qualſiuoglia
128 altre Baſiliche,e Collegiate ſecolari,
e regolari , & ogn'altro di qualſiuo·
glia ſtato, grado , conditione , digni-
tà, religione, preeminenza , priuile-
giato, e priuilegiatiſſimo , e che tali
foſſero, che doueſſe farſene eſpreſſa,
ſpeciale , & indiuidua mentione , e
degni di nota particolare, acciochè
niuno ſia eſente dal pagamento di
Città, e ſuo ornamento, la ſa. mem.
d'Alaſſandro VII. hà ridotto Roma
in aſſai bella forma, ridotti li tauo- 111
lati a ſegno honeſto, riformate le
moſtre delle botteghe, leuati i padi-
glioni alle porte, & altri impedi-
menti inutili, ritirate le moſtre ſpor-
che de'macellari, fatti varij getti, e
fabriche, & altro, che bene è noto
all'E.V.*

*E per la purificazione dell'aria 112
ordinò opportunamente alli Maſtri
di ſtrade &c. che inuigilaſſero a te-
ner pulita la Città non ſolo dalle
ſporcizie, e morticine, che ſogliono
trouarſi gettate per le ſtrade, e dal
fango, e dal loto, che prouiene dal
tranſito continuo del popolo, e dal
traffico di beſtie, carrozze, carri, &
altro, ma particolarmente dalle ſco-
pature, & immondizie, che dalle ca-
ſe ſi gettano di continuo in ſtrada
ſenza riguardo alcuno, e ſe ne fanno
montoni per Roma in diuerſi poſti,
doue o di notte, o in hore poco pratti-
cate ſi porta immondezza d'ogni ſor-
te contro le Conſtituzioni de'Sommi
Pontefici, e de'Bandi, & Editti del
Magiſtrato, & il prouederci ſi rende
difficile, perche gli eſecutori non
poſſono eſſer per tutto.*

*Perloche douendoſi eſpurgare, al- 113
tre volte il Tribunale è ſtato ſolito
mantenere otto carrette a caſſetta, 114
ma da molti anni in quà ſi è dato lo
ſpurgo in appalto a chi hà fatto mi-
glior*

glior'oblazione , con patto che debba
tenere eſpurgata , e netta Roma , da
ogni sorte d'immondizia, e di ordine
del Magiſtrato deua , quando biſo-
gni, & a ſpeſe di chi ſi douerà, por-
tar via la copertura , che ſi pone
dalli muratori ſopra l'accomodamẽ-
to delle ſtrade,e de'calcinacci,e terra,
con patto che ſia obligato a tener die-
115 ci carrette almeno , e che biſognando
poſſa il Tribunale pigliare a ſpeſe
del medemo Appaltatore quante car-
rette biſognino , conforme ſi è ſtipu-
lato ; ſecondo la riſolutione preſane
nella Congregazione dauanti V. E.
con mercede di due mila cinquecento
116 scudi,e con ordine,anzi patto eſpreſ-
ſo, che non lauorino per altri, che per
il Tribunale delle ſtrade &c. per
l'eſpurgo di Roma, e ſeruizio di
Noſtro Signore.
Vn'altro modo ſi potrebbe anche
117 conſiderare , che eſſendo Roma diui-
ſa in 14. Rioni, de' quali molti ſono
piccoli, & altri in ſito rialto della
Città , che non ricerca grand'eſpur-
go, ſarebbe vtilità il tener ſtipendia-
ti vent'otto carrettieri diuiſi tanti
per Rione, ſecondo la neceſſità d'ogni
118 Rione , che a ſcudi 80. per qualſiuo-
glia carrettiere, conforme ſi paga , o
poco più al carrettiere,che netta ogni
giorno Piazza Nauona, ſarebbero
ſcudi 2240.e detti carrettieri diuiſi,
119 come ſi è detto, doueſſero obligarſi a
tener polito il Rione, che ſi gli aſſe-
gnaſſe ripartitamente , che ſi rende-
ria facile l'obligo, e l'eſecutione, per-
che potrebbono li detti Carrettieri
trauagliare anco in altro per loro
guadagno, & vtilità; imperoche po-
chi viaggi biſognerebbono per il Tri
bunale, mẽtre lauoraſſero ogni gior- 120
no ciaſcuno nel Rione aſſegnato , de-
putandoſi dal Tribunale vna Perſo-
na o più,di autorità in ciaſcun Rio-
ne , che per ſeruizio publico pigliaſ-
ſe ſenza premio la ſoprintendenza
dell'eſpurgo di tutto detto Rione . E 121
potrebbeſi ſpendere altri cento ſeſ-
ſanta ſcudi in due buoni Commiſſa-
rij, che non haueſſero altra cura, che
inuigilare continuamente a queſto
lauoro, con ordini a' Bottegari di do-
uer ſcopare l'immondezza , come
fanno anco di preſente; e potrebbono 122
tenerſi due buoni ſcopatori per ſco-
pare doue non ſono botteghe, & am-
mucchiare, che importerebbono altri
ſcudi 150. l'anno fra l'vno,e l'altro,
che diuiſi l'vno in vna parte di Ro-
ma , l'altro nell'altra , non doueſſi
far'altro il giorno , e la notte al ſuo
tempo , che vnire , & ammucchiar 123
l'immondezza , ſiche il carrettiere
non haueſſe a far'altro, che caricare.
e portar via ; & altri cinquanta
ſcudi per pale, ſcope,& altro ſimile.
E potrebbono li Sig. Maſtri di ſtra-
da fra di loro diuiderſi li Rioni, par-
te pigliandoſene cura loro medeſimi,
e parte aſſegnandone all'Aſſeſſore
Fiſcale , & al Notaro per ſoprain-
tendere con autorità , & hauer cura
dell'eſpurgo de' Rioni, che ſi gli aſſe-
gnaſſero , mentre non piaceſſe la

deputazione d'vn del Rione .

O pure potrebbe appoggiarſi que-
124 ſto peſo a ciaſcuno Architetto di ogni
Rione ; ilche ſarebbe molto ragione-
uo'e, perche eſſi ne ritraggono l'vtili-
tà per le ſelciate , e per li gettiti , e
125 per altro ancora, che perciò entrareb-
be la regola della Lex qua 192.&c.
ff.de reg. iur. Con patto che per le
funzioni eſtraordinarie , quando eſce
126 N.S. o altra funzione , neceſſaria ,
doueſſero vnirſi le carrette doue foſſe
ordinato ; ſicome ancora di portar
l'acqua l'eſtate con le botti doue è
127 ſolito , che ſarebbe ſpeſa in tutto di
due mila ſeicento ſcudi , i quali ſi
hauerebbono cioè dall'appalto della
Taſſa del giulio delle botteghe ſcudi
1800. Dalle Taſſe de' Porti di fiu-
me, e di caue di pozolana ſc. 200.
Dalla Taſſa delle carrette ferrate ſc.
200. E dalla taſſa de'cocchi vetturi-
ni ſc.400. o d'altro, che meglio pareſſi

128 Si puol conſiderare ancora, ſe cō-
pliſſe , il ripigliar l'vſo antico di te-
nerſi otto carrette dal medeſimo Tri-
bunale, che non ſeruiſſero ad altro, e
farci inuigilare buoni miniſtri , e po-
trebbe forſe il Tribunale con le pro-
uiſioni de'fieni, ſembole, e biade op-
portunamente fatte ſpender meno di
ſcudi 300. per carretta l'anno ; ma
ci vorrebbero altri denari per man-
tenimento de'miniſtri , che creſcereb-
be aſſai la ſpeſa , con riſico di minor
ſeruizio .

129 E' ſtato anco tal volta vſatoſi di
pagare vn tanto per carretta, ma vi
ſarebbe vna grande ſpeſa, minor ſer-
uizio, e più confuſione . 130

Onde più ſicuro pare che ſia o lo
ſtile, che di preſente ſi prattica dell'
Appalto ; ma aſſai meglio ſarebbe 131
l'appigliarſi all'altro modo di tanti
carrettieri per Rione con vno ſtipen-
dio certo a ciaſcuno , come ſi è espo-
ſto, con li due Commiſſarij, e ſcopa-
tori, & aggiunta la ſopraintendenza
ſenza intereſſe di Perſone di autto-
rità, o aſſiſtenza del Magiſtrato , e
Tribunale, pareria queſto vn modo
aſſai facile di tener pulita Roma ; e
ciaſcun Rione goderebbe d'vn quoti- 132
diano ſeruizio d'eſpurgo ; E ſe vo-
leſſe darſi a ciaſcun carrettiere più
della ſomma annua di ſc.80 per cia-
ſcuno, per trouarne più facilmente ,
pure ci è modo da trouar denari dall'
altre taſſe del Tribunale ; e coſi tut-
ta Roma ogni giorno , & in ogni ſua
parte hauerebbe la porzione dell'eſ-
purgo ; doue con il preſente modo
dell' Appaltatore paſſano ſettimane
addoppiate , e meſi in alcuni luoghi ,
che non ſono viſitati, e ſpurgati, per-
che dieci carrette non poſſono eſſer
per tutto, & in tanto creſce l'immon-
dizia , e non baſtano i bottegari per
ſcoparla, & in tutto è perdimento di
tempo ; doue che tenendo in ogni
Rione li Carrettieri deſtinati , e ſti-
pendiati , e nettando ogni giorno ſi
renderebbe più facile l'eſpurgo, e ſta-
rebbe pulita la Città .

In tanto ſi ſeguita queſt' anno 133
1668. con l'Appalto per tre anni ,

con

con dieci carrette, con patto eſpreſſo,
che lauorino ſempre, e ſolamente
per l'eſpurgo, e ſi gli ſono aſſegnati
due mila cinquecento ſcudi l'anno
per mercede di detto appalto, da di-
uerſe taſſe, come ſopra.

Perloche l'E.V. degniſi di conſide-
rare l'eſpoſto, e pigliare maturamen-
te quella reſoluzione, che più oppor-
tuna giudicherà per vtilità publica,
ſecondo il ſuo ſanto zelo. Che del
tutto &c.

Vt Deus &c.

Poſui ſupra recenſitas pre-
134 ces materna lingua expoſitas,
vt materia, quæ potior eſt re-
ſpectu regalium Principis, eo
facilius à cunctis percipiatur;
134 ſed nec reticeam ad ornatum
Vrbis plantas, & manutentio-
nem Arborum, prouidis iuſ-
ſionibus ſa. me. Alex. VII. vbiq;
per circuitum in locis apertis
extra ædificia, intra mœnia
tamen Vrbis ſumma cura, &
vigili cultura diſpoſitarum, vt
grauior Solis æſtus opacæ ea-
135 rum vmbræ moderentur, ac
vt eo magis tuta, & innoxia
corporibus deuota piorum pe-
regrinatio foueatur, cecinit
135 *Virgil. 4. Georg. Obuiaque hoſpitijs*
teneat frondentibus arbos &c. Sum-
mumque munus homini datū
arbores, ſiluæſque, &c. inquit
136 *Plin. in proœm. lib.* 12. Et plurimi
quidem habitæ ſunt Arbores
in iure, itaut eas cedere nōniſi
ſine legitima cauſa permitta-
tur, *l. 1. ff. de arboribus ceden.* eoq;
minus illæ per vrbem diſpoſi-
tæ, quæ conſulto plantatæ fue- 137
runt ad publicam vtilitatem,
vt dixeram, & contra cedentes,
& deuaſtantes, publicata ſunt 138
edicta cum comminatione
pœnarum, & grauiſsimæ qui-
dem ab ipſo iure communi in-
dictæ ſunt, maximè ſi furtim
committatur actus, vt *ex l. 2.* 136
& paſſim ff. de arb. furt. cæſ. & dixi
ego in meis inſtitution. crimin.
tit. de damno dat. &c. ex qui-
bus inferendo ad prædictas
per Vrbem ad pia itinera, ad 140
ſacra Delubra viſitanda diſpo-
ſita, apprimè conſiderabilis res
facilè denotatur; & confert il-
lud Virgil. 1. Æneid. *Lucus in*
Vrbe fuit media lætiſſimus vmbra
&c. in Vrbe inquam, vbi Nu-
ma religioſiſſimus Rex lucum
Egeriæ conſecrarat, *Liu. dixit* 141
lib. 1. verſ. Lucus erat &c. ſub vm-
bra quercus Romanorum Le-
gatorum orationem publicari
voluit Equorum Dux, *id. Liu.* 142
lib. 3. ann. 294. *ab Vrb. cond* & ad
ficum ruminalem, vaſa argen-
tea, Iouemque cum quadrigis
dicarunt Aediles Curules ann.
ab Vrb. cond 457. *Liu. lib.* 10. 143
Romani exercitus cladem in
ſyluę virentis, ſed aſtu cæſarum
ſecretè arborum, inſidijs obru-
ti paſſam in Gallia, commiſ-
ſum

ſum populi leuamen in Vrbe
Aedilibus recenſet *Liu. verſus*
fin.anni 534. *lib.* 23. *verſ. præda*
144 *quoque &c.* & Laciniæ Iunoni
ſexto ab Vrbe milliario, ſacra-
tum lucum refert *idem Liu. lib.*
24. in quo ſub vmbra paſce-
145 bantur pecora, ſanè fœcundo
fructu. Arbores demum aut
fructus nobis exhibent ad ve-
ſcendum, dulce merum ad po-
146 tandum, quia & vites veniunt
appellatione arborum, *l.* 3. *ff. de*
arb. furtim ceſ., aut ipſarum ra-
mos ad compeſcendum medio
157 igne gelidi hyemis frigora, aut
ad tentoria, & domorum tra-
bes componendas, aut vallis
148 impetum fluminum compri-
mendum, mille deniq; modis
proſunt nobis arbores, vnde
& ſummè cuſtodiri decet; res
149 erit examināda in ſpatio, quod
debet inter vtramque ex duo-
bus v.g. plantatis arboribus in-
terponi, & tegulari debemus à
150 qualitate radicis, vt arbores,
quæ latiores agunt radices, la-
tiore etiam ſpatio indigeant,
vt exemplū tradit nobis Gaius
I.C. referens Solonis legem in
l. fi. ff. fin. regund. vbi in fin. diſtin-
151 guit ſpatium Fici, quæ latius
agit radicem, & Oleæ nouem
ſcilicet pedum à cæteris, quæ
ſpatio duorum pedum contē-
152 tæ ſunt, quod licet inter non-
nullos Interpretes ſit contro-
uerſum, hoc ſpatium ad quin-
que pedes ampliantes propter 153
diuerſitatem græcæ vocis, quæ
in diuerſis Pandectarum Co- 154
dicibus reperitur, in alijs duo,
in alijs quinque ſignificantis.
Attamen cum nuper Illuſtriſs.
D. meus Marcellus Abbas Se-
uarolus Sacri Conſiſtorij Ad- 155
uocatus meritiſſimus, de quo
ſupra mentionem fecimus, cō-
quiſitis omnibus, quæ ex me-
dia Iuriſprudentia, & Penu
Eruditionis ad hoc cumulari
poſſunt ſuper hoc ſatis abundè
& ſapientiſſimè dixerat in ſuo
reſponſo in cauſa vertente in
S. Rotæ Romanæ auditorio
coram Reuerendiſs. D. Cerro
Decano ſub titulo Romana
Sepis, & Arborum, in hac ma-
teria, non differam ſermones
meos; ſed ad pleniorem huius
rei doctrinam ſat mihi duxero
tenorem Reſponſi prædicti vo-
bis recenſere, quod eſt vt ſe-
quitur.

RECEDENDVM à deciſis, &
reſpondendum eſſe locum ſta-
tuto Vrbis de duabus confor- 156
mibus, cum vltima Sententia
confirmet primam, & in ſub-
ſtantia cū illa concordet, quod
ſufficit, vt dicatur conſtare de
duabus ad effectum de quo
agitur *Gloſſ. in Clem.* 1. *verb. Ali-*
cuius de ſent. & re iudic. cum alijs
per Rot. coram Buratto deciſ. 852.
num. 1.

num.1.coram Carill.deciſ.17.nu.2, & deciſ. 211. num. 6. coram Eminentiſs.Ottbobon.deciſ.129. num.3. & 4.& in recent deciſ.98. num.3. poſt med.part.1.& deciſ.453. n.6. & 7.part.9.& in Mediolanen. legati 27.Iunij 1663.§.Non refragatur in fin. coram Eminentiſs. Vicecomite.

Nihil obſtante; quod iſta Secunda Sententia contineat indiſtinctam ramorum inciſionem, Prima verò loquatur dũtaxat de pendentibus. Quia vltra quod, vt in facto benè ponderatur, dicta prima Sententia fuit lata tempore, quo arbores
157 exiſtebant; Secunda verò tempore quo D. Aduerſarius arbores inciderat, & ſic de illis vti pendentibus amplius non poterat diſponere. Nulla hinc poteſt deduci difformitas, Animaduertendo quod R. P. D. Scarincius Iudex dictę ſecundæ ſententiæ magis proſpexit Indemnitati eiuſdem Aduerſarij dicendo, quod deberent circumcidi,& coerceri dicti Rami tractu temporis excreſcentes, adeout nullo vnquã tempore ramorũ excreſcentium Vmbra damnum aliquod inferat Vineæ ipſius Aduerſarij, quod ſanè coincidit cum diſpoſitis à Iudice Burgi in prima ſententia quatenus mãdauit incidi ramos tunc pendentes conſulendo eidem indemnitati Aduerſarij; cuius damnũ euitare fuit mens vtriuſque, & ſic cum ſatis conueniat in ſubſtantia nullatenus eſt dubitandum de conformitate etiam ſi non conueniant in cortice verborũ, nam illud, quod magis conſulit indemnitati partis non cauſat difformi- 158
tatem ſententiarum, vt magiſtraliter firmauit *Rot. in Anconitana Cenſuum* 11. *Decembris* 1641.*d §.denique non obſtat, vſque ad finem coram Reuerendiſſimo Domino meo Cerro Decano.*

Minus obſtat reſtrictiua addita in dicta ſecunda ſententia coercendos nempe eſſe Ramos *quatenus illorum excreſcentia inferat damnum, & præiudicium Vineæ D. Bartolbomei* Aduerſarij, quæ non cõtinetur in prima. Quia cum vt iam diximus in illa virtualiter hoc idem contineatur ponderatis illis verbis in illa contentis *coercendos eſſe ramos, quatenus tamen impendeant*, quæ idem important ac ſi fuiſſet dictum *quatenus Rami inferunt damnum Vineæ D.*Bartholomei, cum impendentia non poſſit conſiderari de per ſe, ſed reſpectu damni ex illa prouenientis. Nulla 159
ex illis poteſt conſiderari difformitas, ſed potius eſt dicendum fuiſſe addita ad declarandum magis in ſpecie verba dictæ primæ ſententiæ, quo caſu nihil

eſt

eſt dicendum de nouo illi addidiſſe nec parit diſſormitatem ex illa prætenſā, vt poſt alios egre-
160 giè ponderat *Couuar.pract. quæſt. cap. 25. ſub n.6. Adden. ad Burrat. deciſ. 567. ſub num. 8. verſ. Verum ſententia vltima, & eadem Rot. in*
161 *recent. deciſ.* 194.*num.* 4 *par.* 11.
Maxime quando prout hic additū in ſecunda ſententia venit in conſequentiā alterius, quod in prima continetur. *Adden. ad Buratt. ibid. verſ. maxime & Rota poſt Cenc. de Cenſibus deciſ.* 188. *num.*3.

Inſubſiſtens etiā eſt prętenſa iniuſtitia dictarū ſententiarum deſumpta ex eo, quod mandāt dictas arbores dumtaxat eſſe reducendas, & moderandas, quæ tamen cum non eſſent plantatæ relicto Interuallo præſcripto *à*
162 *Solone* relato *per Gaium in l. fin ff. fin. regund.* erant penitus euellendæ,& extirpandæ *per Gloſ.in l.1. verb. rediget verſ.appone* C. *de Interdict. ibique Salicet.n. 3. circa med.in 4.oppoſitione Nicol.Valla,de reb. dub. tit. ſumma eorum, quæ habentur num.* 8.*verſ. ergo ſi contra factum, Io. Baptiſta Coſta in tract. aut ſciebat aut ignorabat diſtinct.* 1. *cent.* 1. *num.* 1. *&* 20. *Ruginell.de Arbor. contr. cap.7.num.7.Viu. deciſ.* 242.*num.*2. quibus addo *Caluin. de Aequitat. lib.2.cap.*120.*n.* 1.*& ſeqq. ac nu.*8.*Anſald. conſ.*54. *per tot.*Quia ſpatium in d.*l.final.*
præſcriptūm non eſt quinque
pedūm, vt exaduerſo ſupponi- 163
tur,ſed duorum bene in noſtro caſu ſeruatum, quod ſpatium dumtaxat eſt relinquendum, ita dictantibus vulgatis, & melioris notæ Pandectarum Codicibus,vt egregiè animaduertit *Alciat.lib.2.diſpunct. cap.6. & in commen.ad l.quinque pedum n.2 C. finium regundorum*, cuius doctrinam, & lecturam ſequuti ſunt communiter omnes,& ſignanter *Monterent. in Comment. ad Statut.Bononiæ lib.4.tit.de impediment.arear.tollen. & de arbor.non haben.in præiudic vicin verb. Tres perticas Maxill. ad conſuetudinem Bari. rub. ſi vicin. arbor. in vicini fundum impendat num.3. Ruginell. de Arbor. cap. vltimo num.4.* Giouagn.conſ.30.num.12.*lib.*2.& ipſo etiam non viſo legunt *Nenizan. conſ.58.num.11.Franc.Marc deciſ. Delphinal.*501.*num.*11. *par.*1. *Vrſell.concluſ. legal.62. ſub num.* 59. *verſic. vt ait idem Franciſc. Marc.* & nuperrimè ita eamdem l. edidit *Anton Mornaccius* eruditiſſimus I.C.Gallus *in ſuis obſeruation.ad Ius ciuil.* Immo plus addens *Stephan.*Forcatul. *in cupidin. Iuris perit. cap.*16. *ſub num.*3. ita ſcribit: *Nec ſuperuacuè de quinque pedibus Ius redditur, cum de vno, vel duobus legem tulerit Solon.*

Nihil obſtantibus Anton.*Auguſtin.lib.2.Emendat.c.fin.* ac alijs

in

in cõtrariũ adductis *πέντε ποδας*
h. e. Quinque pedes ex Pandectis
164 Florentinis, & Plutarcho in
Solone in *d. l.* legentibus Quia
quoad Pandectas Florentinas,
licet illarum magna ſit auctoritas,
non tamen eſt talis, vt
diſcordantibus Codicibus illarum
lectio pro certa ſit tenenda
cum ipſæ etiam in plurimis
165 ſint mendoſæ, & corruptæ, &
pluries in illis à librarijs ſit erratum,
adeout multoties Florentina
melior ſit Lectio vulgaris,
vt ponderant *Cuiac. in l. ſi
in vacuam 34. circa medium, ff. de
acquirend. vel amittend. poſſeſſ. Petr.
Faber. in l. in Teſtamentis* 12. *poſt
med. de diuerſ. regul. Iur. antiq. pag.
76. litt. B.* hoc etiam multis demonſtrans
lib. 2. Semeſtr. cap. 25.
*Antonius Contius lib. 3. lection. ſubceſiu.
Iur. Ciuil. cap. 3. num.* 1. *Duaren.
lib. 2. diſputat. anniuerſ. cap.* 14.
15. *&* 16. *Federic. Scot. reſponſ.* 20.
num. 23. lib. 4. tom. 1. & nouiſſimè
doctiſſimus *D. Iacob. Caimus in
Patauina Vniuerſitate Iuris Ciuilis*
166 *Primarius Profeſſor meritiſſimus in
rubr. ff. ſolut. matrim par.* 1. *cap.* 2.
ſub num. 18. Maxime in his, quæ
ibi græcè ſcripta leguntur, in
quibus ferè ſemper à librario
fuiſſe erratum, ſcribit dict. *Petr.
Faber lib* 1. *Semeſtr. cap.* 14. *poſt
princip.* vbi dicit in illis fuiſſe
negligentem, & dormientem,
& lib. 2. eorumdem cap. 16. *§. at quidem*,
& antea Alciatus *lib.* 3. *diſpunct. cap.* 12.

Quo vero ad locum Plutarchi
in Solone, licet liber *Auguſtino*
viſus corruptè loquatur itidem
de quinque pedibus adhibita
voce græca *πέντε* in aliquo 167
tamen viſo *Alciato* illius vice
adeſt vox *δύο*, quæ *duo* ſignificat,
vt teſtatur *dicto lib. 2. diſpũct.
cap. 6. & in d. commend. ad l. quinque
pedum num.* 2. vbi Plutarchi interpretem
reprehendit *C. fin regund.* iuxta cuius *Alciati* obſeruationes
ille eſt corrigendus,
cum poſt bonarum litterarum
propagationem hac in re plus
recentiorum obſeruationibus 168
tribuatur, quàm antiquorum
ſchedis, vt belle aduertit *bo. me.
D. Vizzanus* noſtri Collegii dũ
viuebat decus eximium *in prolegomen.
ad ſuum libellum de mandat.
Princip. num. 28. & 38. ex Rot.
coram Seraph. deciſ. 359. num.* 20.

Cæteri vero DD. vt *Faber. in
rational. ad d. l. Cepoll. de ſeruit. vrban.
præd. cap. 81. num. 1. & 2. Petr.
Gregor. Tholoſan. in Syntagm. Iur.
Vniuerſ. par. 3. lib. 20. cap. 9. num. 6.
Valla de reb. dub. tit. 8. num. 8. &
ſeq. Petr. Crinit. de Honeſt. diſciplin.
lib. 25. cap. 4. Cobel. Rodigin. lib. 14.
lection. antiq. cap. 41. in fine, Vin. deciſ.
242. num.* 2. qui ſolent pompaticè 169
exaduerſo cumulari ad
demonſtrandum, quod plures
ſint ſequuti dictam opinionẽ,

L non

non faciunt ad rem noſtram, cum nemo illorum hunc articulum examinet, ſed ſimpliciter referendo verba illius legis, aut loquendo de ſpatio inter arbores relinquendo in illa præſcripto vtuntur verbis *quinque pedes*, nihil penitus diſceptantes, & forſan ignorantes an ita in illa ſit legendum, necne, ſed ita ſcribentes, vel quia ſic corruptè in eorum Pandectis erat impreſſum, vel quia ita exiſtimarunt decepti ab alia lege de quinque pedũ præſcriptione, quæ longe alium ſenſum habet, vt animaduertit *Al-*
170 *ciat.ſuperius cit.comm.in eam nu.2.* vbi inde præcisè deceptum Petrum Crinitum dicit, *& prius dict.cap.6. lib.2. diſpunct.* & apud eoſdemmet DD. videre eſt, qui proinde, vt dixi, non merentur allegari, quia Doctores per trãſennam loquentes non ſunt attendendi, cum aſſimilentur auibus, quæ eo volant, vbi alia
171 volauit ſine ratione ſui volatus, nec inde poſſunt connumerari ad conſtituendam communem opinionem iuxta plenè cumulat. per *Garon. var. reſolut. cap.2. num.96.98.& 99.*

Indeq; procedit etiã quoad
172 *Conſtantinum Harmenopulum* veterem Iuris noſtri Epitomatorem, & *Samuelem Petitum* nuperum legum Atticarum Collectorem; Nam licet vterque, ille nempe *lib.2. promptuar. Iur. cap.4.* Iſte vero *lib.5.tit.1.illarum legum* huius legis Solonis tenorem referendo vtantur græca voce πέντε, cuius eſt latina *quinque*, vt dixi; Non tamen maior eſt ipſius habenda fides, quam *Gaio in d. l. final.* cum ab illo, & *Plutarcho* ipſi eam ſumpſerint, *Harmenopulus* enim Iuris prudentiam Romanam tãtum epitomauit; *Petitus* vero & ex illa, & ex aliis ſcriptoribus ſuas leges Atticas compilauit, cum vetus earum exemplar nobis temporum edacitas non reliquerit, & proinde ſi vſi ſunt corruptis *Gaij*, & *Plutarchi* Codicibus (prout non ſemel illis accidiſſe eſt in comperto apud eruditos, & ſignanter tradit *Deſiderius Heraldus* inſignis I.C. & Aduocatus Pariſienſis, de *Harmenopulo* nempe *in lib. obſeruat.cap. final.* vbi præcisè quoad aliud caput huius noſtræ legis illum in exemplaria deprauata
incidiſſe obſeruat, de *Petito* ve- 173
ro *in lib.2. Animaduerſion. in Salmaſij Obſeruat. ad Ius Attic. & Roman.cap.13.num.4.& lib.3.c.3. num.2. & ſeqq.* vbi etiam addit
nonnullas ex illis legibus eſſe 174
falſas, & ab ipſo *Petito* ariolante per errorem, aut diuinationem (ex corruptiſſimis, & non tutis ſcriptoribus concinnatas) ipſis vitio

vitio eſt vertendum, nec pro
lege Actica eſt habenda, vt in
175 ſimili de lege Zenoniana alias
l. ex quo 12.C.*de ædific.priuat.* re-
ſtituta *à Contio* ponderauit *Rota
coram Eminentiſsimo Domino Car-
dinali Celſo dec.*375. *num.*7. *verſ.
ex quibus patet & num.*8.

Quæ ſine vlla difficultate
veniunt admittenda concurrē-
te pro Alciati, & ipſius ſequa-
cium lectura certa, & ineuita-
176 bili ratione deprompta ex eiuſ-
dem *Gaij in l.adeo,ff.de acquir.rer.
domin. & Iuſtiniani in* §. *ſi Titius
Inſtit.de rer.diu.reſponſis*, ac alijs
Iuris ſanctionibus, in quibus
perſæpe diſcurritur de vitis, ar-
boriſque vicini in agrum alte-
rius depræhenſione, vel depreſ-
ſione, & traductione, ac radi-
cum arboris prope confinium
poſitæ traductione maxima, ex
qua arbor communis efficitur.
Certiſſimum argumentū, quod
ſi quinque pedum ſpatium in-
terceſſiſſet, prout *in d. l. final.*
præſupponitur præſcriptum nō
admodum fuiſſet cuiquam in-
tegrum vicini arborem in fun
dum ſuum quadam quaſi pro-
pagationis ſpecie deducere,
nec arbor quamuis termino ad
plantata tot, tantaſque radices
in alienum agrum effundere
potuiſſet, vt tamquam ex æquo
177 hinc inde radicum partitione
facta arbor efficeretur com-
munis, vt in his itidem verbis
ratiocinatur *Hieronym. Magius
lib.*4. *Miſcellanear. cap.*7.§. *quam-
quam*.

Cæterum quoad hoc ceſſat
omnis diſputatio, nā quicquid
ſit de hac opinionum diuerſi-
tate; Admiſſo etiam, numquā
tamen conceſſo, quod in dicta
lege eſſet legendum πέντε πόδας 178
h.e.*quinque pedes*, vt ex aduerſo
prętenditur, illa nullibi eſt re-
cepta, ſed communi vſu, &
generali conſuetudine reiecta,
& antiquata, adeout nullate-
nus valeat allegari, vt poſt alios
præciſe tradunt *Neurzan. d.conſ.*
58.*n.*3.*Monterent.ad* Statutum *Bo-
nonien. lib.* 4. *dict. rubr. de impedi-
ment.arear. tollen & de arbor. non
haben.in præiud.Vicin.eod.verb.tres
perticas, vers. ſed certe illa lex, pagi-
na mihi* 323.Aldouin.*conſ.*12.*n.*19.
Giouagnon.d.cons 30.*num.*15.*lib.*2.
vbi dicit ex *Corne.* quod ex quo
illa lex per deſuetudinem abiit 179
non meretur allegari, quia qui
eam allegat, incidit in pœnam
falſi, addendo etiam, quod ſi
illa ſeruaretur, totus mundus
ſubuerteretur; *Petrus Petracin.
in ſubſcript.ad reſpons.Ruginell pro
fratre impreſſ in citato tract. de ar-
bor.cap. vltim. num.*114. *& ibidem
in alio reſponso Angel.*Caccia.*num.*
152. *& ſeq.* vbi eadē, quæ G o-
uagnonus ex Corneo repetit ver-
ba, *& Hieronym. Magg. d.libro* 4.

Miſcellaneor.cap.7 eod.§ quamquã. Stante autem iſta deſuetudine dictæ legis intrat generalis regula, quod lex, ſeu conſtitutio, quæ non fuit vſu recepta non
180 eſt attendenda, quam in ſimilibus terminis dictæ legis Zenonianæ de Proſpectu Maris egregiè expendunt poſt innumeros,quos allegant *Gizz.in obſeruat.ad decis.*50.*Capyc.Latro.n.*17.*& ſeq. & Rota coram Eminentiſſimo Celſo ad dec.*375.*num.*13.

Nec obſtant *Natt.conſil.* 277. *& Surd.conſ.*74.*lib.*1. ab vno ex DD. exaduerſo ſolitis ponderari teſtantes de conſuetudine contraria, quod nempe d. lex adhuc ſeruetur; quia vltra quod ipſi loquuntur dumtaxat quoad ſpatium duorum pedum in ædificijs in principio d.legis relinqui præſcriptum, quod proinde nihil commune habere poteſt cum diſpoſitis in fine eius de interuallo arborũ in Prædijs ruſticis relinquen-
181 do, in quibus terminis indiuidualibus loquuntur DD. per nos ſuperius adducti, & ſic ab vno ad aliud non licet argumentare iuxta tradita in terminis *per Gypſ in addit ad Rotam Bonon.diuerſor.dec.*110.§ 1.*vers.Ter-*
182 *tium eſt.* Ipſi nominatim reijciũtur,& reprobantur *à Mario Muta in cap.Regni Siciliæ tom. 2. cap.* 116. *num.* 113. dicendo, quod opinio *Surdi.*, & conſequenter *Nattæ*, cui *Surdus* innititur eſt ridicula, & in practica non ſeruatur, & quod illa lex finalis realiter non ſeruatur de con-
ſuetudine, ſed domus, de qui- 183
bus ipſi loquuntur, ædificantur nullo intermiſſo ſpatio,& quo ad illud etiam abijt in deſuetudinem *dicta l.final.* ita teſtantibus communiter omnibus, & ſignanter ex *Butr.Bald.cons.*384. *ſub num.*4.*vers.imo dicit lib.*2.*Odofred.& Salicet.in l.Mœniana,C.de ædific.priuat.Corn.cons.*282.*num.*7 *lib.*4. *Bero. cons.*134. *in fin. vol.*3. *& Rimin.Iun. cons.* 367. *num.*27. *lib.*4.*& alij apud Andreol. controuers.*295. *ſub num.*15.*vers. & hoc*
idem, quos propter eorum nu- 184
merum, & auctoritatem *Muta* dicit *Surdum* debuiſſe ſequi, adeout cum non fecerit,ſubdit, quod propter hoc illud conſilium videtur ſibi nimis cauilloſum.

Præterea in caſu noſtro nedum adeſt deſuetudo d. l. ſed præcipua conſuetudo in contrarium, qua attenta penitus ceſſat ſupradicta iniuſtitia aduerſus ſententias vti non mandantes euelli dictas arbores, tãquam non plantatas iuxta mo-
dum in illa, vt ſupponitur præ- 185
ſcriptum. Quia illa non procedit quoties adeſt conſuetudo in contrarium, vt declarat *Ne-*

nizza-

*uizzan. ſæpius citato conſil.*58. *ſub nu.*10.*verſ.quia reſpondetur, Piaggius de Iure conſuet.quæſt.*11.*num.*
186 488. cum conſuetudo in hac re ſit illa, quæ totum dominatur, & regit, vt poſt alios plenè tradit *Io.Baptiſta Coſta in tract. aut ſcicbat, aut ignorabat in exaduerſo allegat.diſt.*1.*centur.*1.*num.*19.

Conſuetudo verò iſta, vltra
187 quod vti generalis aſſeritur à prædictis DD. quibus vti eximijs eſt omnino deferendum, adeout Aduerſarijs cōtrarium aſſerentibus incumbat onus illud probandi, vt relictis generalibus punctualiter dicit *Aldouin.dict.cons.*12.*num.*20. Apertè remanet probata in præſenti ex quadraginta tribus ſententijs in particulari Summario datis ab Anno 1575. vſque ad Annnm 1657. & ſic per annos 82.promulgatis,in quibus ſemper, & inconcuſsè apparet ſeruatum, vt in huiuſmodi arborum plantatione relinquantur dumtaxat palmi tres. Quæ ſententię cum ſint plures, & emanatæ in contradictorio iudicio,
188 nedum illam optimè probant, verum etiam efficiunt notoriam, & vniuerſalem, quibus ſtantibus ſatis eſt illam allegare, nec vllam aliam probationem requirit, vt poſt innumeros, quos cumulat, plenè in ſimilibus terminis firmat *Rota coram Eminentiſſimo D.Card.Celſo citat.dec.*375.*n.*14.*& ſeq.*

Quod autem dictum ſpatiū trium palmorum ſit in caſu 189
noſtro relictum, vltra quod ita præſumitur, vt teſtatur *Vicecomes Placent.in ſuo tract.de menſur. pag.*193.*verſ. quandoque* expreſsè dicente,quod qui plantauit arborem, debitum ſpatium reliquiſſe præſumitur, quia in du- 190
bio omnis actus pręſupponitur factus ſecundum Iuris diſpoſitionem, & faciunt *Neuiz.alleg. conſ.*58. *ſub num.* 5. *Federic. Scot. reſponſ.*6. *num.*25. *tom.*2. *lib.*2. *& Michael Caccia in reſponſ. impreſſ. penes Ruginell.de arbor. cap.vltim. num.*154.

Satis colligitur ex declaratione facta à q. Antonio Vrſino auctore D. Bartholomæi Aduerſarij, in qua expreſsè fatetur Dominos de Grottis eſſe Dominos nedum Sepis,verum etiam trium palmorum intra ipſius vineam ibi: *declarauit &c. detta fratta integramente ſpettare al detto Sig. Nicolò Grotti, e ſuoi &c. anzi detto Sig. Nicolò hauere tre palmi di terreno verſo la vigna di eſſo Sig. Antonio &c.* Cum autem arbores ſint plantatæ in ipſa Sepe, neceſſe fatendum eſt, diſtare tres palmos à vinea Aduerſarij, cum illud ſpatium à noſtra Principali poſſideatur, vt patet ex dicta confeſſione,

quæ

quæ locum habet etiam contra Dominum Bartholomeũ Aduerſarium, cum confeſſio Au-
191 ctoris ſemper noceat ſucceſſori, nec ab eo vmquam valeat impugnari, vt in puncto tradit *Giouagnon. conſ. 30. ſub num. 20. verſ. quinto denique lib. 1.* & generaliter *Rot. coram Coccino dec. 151 num. 1. verſ. & hæ confeſſiones, & deciſ. 181. num. 1. coram Buratt. deciſ. 243. num. 3. & in recent. dec. 119 num. 1. par. 2. & deciſ. 578. num. 2. par. 4. cum alijs in Romana Legati 22. Iunij* 1650. *§. neque in alterius præiudicium coram bo. me.* Cardin. *Corrado impreſſ. poſt Bonden. collect. legal. deciſ. 13. n. 4.*

Hincque penitus excluditur prætenſio, quod Sepes ſit in confinio; nam ſi in confinio poſita extitiſſet Auctor D. Marchæ non declaraſſet illam totaliter, & integrè ſpectare ad D. Grottum prout fecit, cum id, quod in confinio eſt, commu-
192 ne vtrique vicino ſit, ex quo fines etiam vtriuſque occupet, vt probat *I.C. in l. Arbor, ff. cõm. diuid. & in l. illud ff. pro Socio, & facit l. adeo 7. §. fin. ff. de acquir. rer. domin.* cum alijs per *Harprechet, in §. ſi Titius alienam 31. num. 6. & ſeq. de rer. diuiſ.* Bacchou. *in Not. & animaduerſ. ad Treutler. vol. 2. diſp. 20. theſ. 5. litt. D. verſ. alia hic occurrit, Althus. lib. 1. Dicæolog. c. 39 num. 28. Raginell. de arbor. cap. 3. per tot. & præſertim num. 7. & ſeq. Io. Baptiſta Gargiar. conſ. 92. nu. 9. lib. 1. Georg. Martin. in contrar. non contrar. diſp. 2. th. 24. Hieron. Magg. lib. 4. Miſcellan. cap. 7.*

Ponderatis præſertim verbis
illis eiuſdem declarationis *in-* 193
tieramente ſpettare, quæ important plenitudinem, & totalitatem Dominij nullam penitus patiendo diminutionem, & reſtrictionem, *Menoch. conſ. 687. num. 43. & conſ. 918. num. 3. Rot. in recent. deciſ. 300. num. 10. par. 1. cum alijs per Barboſ. dict. 167. n. 1. & ſeq.* & illis alijs *hauere tre palmi*, quæ pariter ad plenum ius, & dominium referuntur, imo etiam ad poſſeſſionem *l. habere*
verbum 188. ff. de verbor. ſignif. cũ 194
alijs per Giouagn. conſ. 63. num. 2. lib. 1. Gratian. diſcept. 372. num. 20. & diſcept. 838. num. 6. 14. & 16. Valaſc. conſul. deciſ. 79. num. 2. Rot. coram Buratt. deciſ. 214. num. 5. & deciſ. 236. num. 2. Cum verbum
habere ſemper cum effectu in- 195
telligendum ſit, *l. nomen filiarum 164. verſ. habere, vbi Alciat ff. de verbor. ſignific. Corat. in l. filium quem num. 60. C. fam. erciſcund. Sola ad Conſtit. Sabaud. tit. de feud. in §. quas quidem num. 4. Catheran. conſ. 37. num. 19. cum alijs per Petr. de Vrries in repet. ad Rit. Magn. Cur. Vicar. Neap. 235. par. 2. num. 398. & ſeq.*

Nec obſtat, quod Iudex Bur-

gi

gi in prima ſententia, cui innititur D. Martia noſtra Principalis enunciauerit Arbores cõtrouerſas fuiſſe plantatas in Sepe exiſtente in confinio vinearum; quia Iudex ita loquendo in ſententia non diſpoſitiuè, ſed enunciatiuè, vt iam dixi, fuit loquutus, nec ideo illa verba
196 poſſunt vllatenus nocere noſtræ Principali, quia verba diſpoſitiua ſententiæ non enunciatiua Partibus præiudicant, & attendenda ſunt *Contard. de momentan. poſſeſſ. limit.* 2. §. 5. *num.*
197 19. *Scacc. de appellat. q.* 17. *limit.* 6. *membr.* 9. *Rot. diuerſ. dec.* 34. *nu.* 12. *par.* 2. *& coram Buratt. dec.* 843. *n.* 4. *cum alijs per Adden. ad Greg. dec.* 522. *num.* 11. Maximè quando prout hic dubitatur de enũciato, quo caſu enunciatiua nullum probationis gradum conſtituere valet *Rot. in recent. dec.* 12. *num.* 5. *par.* 3. *dec.* 53. *n.* 11. *par.* 4. *tom.* 2. *dec.* 119. *num.* 14. *par.* 5. *& dec.* 245. *n.* 37. *par.* 8.

Minus faciunt verba illa appoſita in ſupradicta declaratione facta inter Auctores vtriuſque partis *la fratta, che ſtà, e diuide la vigna d'eſſo* Antonio, *e quella del Sig. Nicolò*. Quia ſtatim poſt illa Antonius addidit illa alia declaratoria, quod Sepis integraliter ſpectet ad ipsũ Grottum; imò quod vltra illã habet tres palmos terreni verſus vineam ipſius vicini, vt iam diximus, & ſic nulla ex eis valet deduci conſequentia declaratoria cõfinium. Verba enim 198
ſequentia declarant, reſtringunt, & moderantur antecedentia *Rot. coram Eminentiſſimo Otthobono dec.* 61. *num.* 9. *& dec.* 76 *num.* 7. *&* 8. *& in recent. dec.* 709. *num.* 8. *par.* 1. *dec.* 294. *num.* 6. *par.* 2 *dec.* 194. *num.* 55. *par.* 5.

Nullius pariter momenti eſt id, quod dicitur ad rectam lineam eiuſdem Sepis in parte ſuperiori adeſſe murum, qui à Partibus fuit declaratus communis, ſiquidem ſupplicamus animaduerti, quod Vrſinus Auctor D. Aduerſarij fabricauit dictum murum in loco, in quo prius exiſtebat, & continuabat dicta Sepis D. Grotti petita prius licentia, & permiſſione ab ipſo Grotto, qui illam conceſſit multis intercedentibus pactis, & conuentionibus, & ſignanter quod Vrſinus teneretur murum illum non ſolũ ſuis ſumptibus fabricare, ſed etiam in caſu quo rueret, vel in totum, vel in partem ſemper ſuis expenſis reædificare ita quod hoc faciendo *detto Signor Antonio poſſi appoggiare, e godere detto muro come commune*, ex quibus apparet Grottum conceſſiſſe dictam partem Sepis Antonio Vrſino pro ædificando

do

do muro, non quidem vt ſibi præiudicaret quoad dominiũ reliquæ partis,& conſequenter trium palmorum terreni vltra illam; ſed quia illa, mediante dicto muro amplius non indigebat, quo quidem muro voluit Vrſinum poſſe vti *come cõmune*, non quia eſſet talis ſua natura, ſed in recompenſam expenſarum factarum ab eodẽ Vrſino in illius conſtructione *à tutte ſue ſpeſe* conſideratis pręſertim illis verbis, *come commune*, quæ important ſolummodo
199 fictionem, & ſimilitudinem, quia ſi eſſet verè talis non eſſet opus, quod intelligeretur vti talis, vt ratiocinatur *Spa.d. conſ. 369.n.10.lib.2.*

Ceſſat demum id, quod di-
200 citur de præſumptione Iuris, iuxta quam Sepis in dubio cẽſetur poſita in confinio. Quia vltra quod *Ruginell.in tractat. de arbor.cap.7.num.*87.& alii in deciſione citati nituntur illis verbis legis Solonis in principio d. *l.final.ff.fin.regund.* relatæ ibi: *Si quis ſepem ad alienum prædium fixerit, infunderitque terminum ne excedito*, vt eademmet Rota animaduertit, quæ quidem verba nullatenus de Sepe poſſunt prædicari, cum verbum illud *αἱμασιὰς* in illa poſitum nõ *Sepem* ſit vertendum, vt ex *Ruginello* poſuimus, & incautè fecerunt interpretes omnes, ſed *maceriam* intelligendo, nempè de muro ex ſicco lapide, & temere collecto compoſito, vt 201
pleniſſimè obſeruarũt viri duo clariſſimi, & his in rebus verſatiſſimi *Claud.Salmaſius in Miſcell. defenſion. ad obſernat. in Ius Atticum,& Romanum cap.13. & Aegid.Menagius Iur. Ciuil. amœnitat.cap.33.§.Solon.apud Gaium.*

Animaduertendum, quod nos non ſumus in re dubia, & æquiuoca, vt exaduerſo ſupponitur, ſed ſtantibus præſumptione Iuris, & partium confeſſione ſupra recenſitis, in re ſatis clara, & manifeſta, quod nempe noſtra ſepis, & arbores ſunt poſitę in noſtro terreno,& 202
vlterius D. Martia habet tres palmos terreni intra vineam Domini Aduerſarij,nec proinde eſt opus vlla præſumptione, & coniectura, cũ præſumptio cedat veritati, *Rot.coram Greg. dec.416. n.6.* & in claris non ſit opus coniecturis *l.ille aut ille, ff. de legat.2.*

Nec obſtat, quod in ſupradicta declaratione poſt illa verba, *hauere tre palmi &c.* ſubſequãtur illa alia, *e quelli godere, e poſſedere ſolo per riſare, & accommodare la fratta,* ex quibus videtur illos tres palmos in illa expreſſos fuiſſe conceſſos Dominis de Grottis potius iure ſeruitutis,& ad

ad certum, & determinatum effectum, quam Iure Dominij attenta natura illius taxatiuæ, *ſolo*, quæ eſt excludere omnia alia, iuxta tradita per *Surd.conſ.* 572.*num.*46. Tum quia iſta non eſt tranſactio, ſiue noua conceſsio, vt exaduerſo dicitur, ſed declaratio Vrſini ad fauorem DD. de Grottis, vt iam diximus, & colligitur ex illis verbis *ſponte &c. declarauit &c.* in principio ipſius Inſtrumenti; & illis in fine periodi, *E così detto Sig. Antonio per la verità dice, e dichiara*, & proinde Vrſinus per eam nihil poterat veteri dominio
303 eorumdem Dominorum de Grottis præiudicare; nam qui declarat nihil de nouo addit ſiue dando, ſiue auferendo, *l. heredes palam, §. ſi quid poſt in fine, ff. de teſtam. cum concordan. adduct. per* Barboſ. *axiom.* 66. *num.* 1. *& ſequent.*

Tum quia ſtantibus ſupradictis verbis generalibus *intieramente ſpettare, & hauere tre palmi, &c.* plenū ius, & dominium importantibus, quæ præcedunt, & ſunt poſita antecedenter ad illa ſpecialia, *ſolo per accommodare, ò rifare la fratta*, iſta ab illis recipere debent declaratione, & ampliationem, non autem
204 illa reſtringere, & coanguſtare, quicquid eſſet dicendum quādo verba ſpecialia præcederent generalia autem ſequerentur,
iuxta diſtinctionem *Bartol. in l. donationes §. ſpecies num.* 1. *ff. de donat.* quam cōmuniter à DD. receptam teſtantur *Giouagnon. conſ.* 63. *num.* 24. vbi egregiè id firmat, reiecto *Laderchio conſ.* 32. ac aliis in hoc ſubtilizantibus, & *Polydor. Ripa obſeru.* 64. *num.* 7. 205
& 8, vbi quod aliter ſibi nequit perſuadere. Et facit etiā *Gloſſ. in l. ſi mulier C. de iur. dotium*, in qua expreſsè dicitur, quod ſi quis habet ex cōceſsione duos pedes terreni, vt ſolū proiiciat aquam non ius ſeruitutis aquā proiiciendi, ſed plenum dominium conceſſum videtur, quia principaliter conſideratur id, quod in oratione præceſsit. 206

Tum demum, quia illa verba, *Solo per accommodare, ò rifare la fratta* fuerunt addita ratione frequentioris, & communioris vſus, & praxi relinquendi in plantandis Sepibus dictum ſpatium ad effectum illas reficiendi, vt benè demonſtratur in
facto, quibus ſtantibus, dictio 207
ſolo nullatenus poteſt reſtringere antecedentem diſpoſitionē generalem, vt egregiè tradit *Grat. diſcept. forenſ. cap.* 121. *n.* 20.

Et hinc ceſſat prætenſa iniuſtitia ſententiarum quoad Fontes, & Foueam cum illud ſpatium trium palmorum pertineat ad D. Martiam noſtram

principalem iure dominij, non
208 autem iure ſeruitutis, vt exaduerſo ſupponitur, quo ceſſante debet ceſſare iniuſtitia ſuper eo fundata *Surd.conſ.*150. *n.*78. *Rot.coram Seraph.dec.*829.*n.*6. *& in recent.dec.*390. *n.*2.*in fin. par.*2.

Cæterum in caſu noſtro tollitur omnis difficultas animaduertendo, quod agitur de arboribus vetuſtiſsimis non de recenti, ſed longè ante,patientibus, & acquieſcentibus Authoribus D. Aduerſarij, plantatis, vt in facto benè ponderatur,quibus ſtantibus hodie non poteſt amplius ab ipſo peti, quod extirpentur iuxta *gloſſ. in*
209 *l.Mœniana verb.determinetur, C. de ædific.priuat.*quam ſequuntur communiter DD. vt tradit *Neuizzan. conſ.* 58. vbi quod cum ea tranſeunt omnes; nec vllus illam impugnat,cum alijs apud *Surd. conſ.* 233. *num.* 6. *Giouagn. conſ.*30.*num* 18. *& ſeqq. lib.*2. *& Io.Bapt.Coſta in tract. aut ſciebat; aut ignorabat diſt.*1. *cent.*1. *num.*2. *&* 3.*Caualcan.de Brach.Reg.par.*6. *ſub num.*622.*& Piag. de Iure conſuet.quæſt.*11.*num.*486.

Parum obſtantibus, quæ dicuntur de præſcriptione non admittenda in hac materia *ex Ruginell.de arbor.cap.*7. *nu.*27. *& ſeqq.* propter naturalem motum
210 eorumdem arborm dum numquam maneât in eodem ſtatu, Quia, omiſſo quod *Ruginell.* ſcripſerat contra communem DD.omnium aſſertionem, vt tueretur propriam cauſam,nec 211
proinde magni æſtimari debet ipſius auctoritas, iuxta tradita de ſimilibus Doctoribus per *Rot.in recent.dec.*438. *num.*10. 12. *&* 13. *par.*9. relictis illius argumentis vti leuibus, & parui momenti, quæ hic non refert 212
diſcutere? Reſpondetur nos non agere vigore præſcriptionis, ſed ratione longæ acquieſcentiæ, & taciturnitatis Auctoris D. Martię,cuius acquieſcentiam, & patientiam hodie ipſe nequit reclamando impugnare, vt punctualiter firmat *Giouagn.conſ.*30. *ſub nu.*20. *verſ. quinto deniq;lib.*2. Ex quibus &c.

Marcell.Seuerol.S.Conſiſt.Adu.

Et vt plenior habeatur eruditio huiuſmodi materiæ dictã, tię arborum propoſui etiam inſerendam hic reſolutionem Sacræ Rotæ in eadem cauſa Sepis; eamque confert examinare præcipuè ex §. *quinimmo*, vbi, & in ſequenti, aliqua obiter habẽtur circa eamdẽ materiã.

R.Cerro Dec.Romana Sepis, & Arborũ Ven.15. Ian.1668.

ORTA controuerſia occaſione Arborum exiſtentium in Sepe diuiſoria inter Vineã Martiæ, & Vineam Bartholomæi, necnon ex cauſa quorun-

rundam Fontium cum vaſculis factis propè Sepem, Iudex Curiæ Burgi per ſententiam pronunciauit, incidendos eſſe ramos Arborum in Sepe, & propè eam exiſtentium per quindecim pedes incipiendo à terra, aliosque ramos, ac ipſas Arbores etiam ſuprà fundū Bartholomæi impendentes, & inſuper dixit Fontes eſſe demoliendos, ac foueum eſſe replendum, *Summ. Bartholomæi numer.* 1. quæ ſententia licet fuerit reuocata per R.P.D.A.C.met, in alia tamen inſtantia confirmata fuit per R. P. D. Scarincium, qui declarauit, quod ſi Arbores tractu temporis excreſcerent, vt earum vmbra damnum inferret Vineæ Bartholomęi, illarum rami 15. pedes altius à terra circumcidantur tàm quò ad altitudinem, quàm latitudinem, vt ſunt verba ſententiæ. Poſt hæc deuoluta cauſa ad Rotam, Martia allegando pro ſe duas ſententias conformes prætendebat eſſe locum Statuto Vrbis, *lib.* 1. *cap.* 180. ea ratione, quia cum vltima ſententia primam cōfirmet, & in ſubſtantia cum illa cōcordet circà inciſionem Arborum, & demolitionē Fon-

208 tium, videtur intrare Statutum, ad quem effectum ſatis eſt, vt conformitas ſit in ſubſtantia, & effectu, licet in verbis, & modo aliqua conſiderari poſſit diſcrepantia, *Gabr. de execut. rei iudic. concl.* 1. *num.* 33. *Rota coram Penia dec.* 258. *num.* 1. *iuxta Venet. impreſſ. & in rec. deciſ.* 21. *num.* 2. *par.* 8.

Sed Informantes pro Bartholomæo ad excludendam conformitatem dicebant, vltimam ſententiam D. Scarincij continere ſolum indiſtinctam ramorum inciſionē nulla facta mētione de impendentibus ſuprà fundum alterius Vineæ, & vlterius loqui cum reſtrictiua, quatenus ramorum excreſcentia inferat damnum, & præiudicium dictæ Vineæ, de qua reſtrictione nulla fit mentio in prima ſentētia; cum enim vna plus altera contineat, & inter ſe diſcordent in qualitate eſſen- 209
tiali, reſpectu, ſcilicet, ramorum pendentium, quorum reciſio expreſſe demandatur in *l.* 1. *ff. de Arbor. ceden.* indè prætendebant illas non eſſe conformes iuxta tradita per *Alex conſ.* 77 *num.* 1. *& ſequent. lib.* 2. *Burſatt. conſ* 219. *numer.* 6. *Menoch. conſil.* 509. *num.* 7. *cum alijs per Adden. ad Buratt. deciſ* 507 *num.* 8. 110

Quinimò ſubiungebant ſententias eſſe iniuſtas, quo caſu ceſſat diſpoſitio Statuti, quod loquens de duabus conformibus ſemper intelligi debet de- 211

validis, & iuſtis, *Rot.dec.*179.*n.*1.
par. 7. *& alibi paſſim*; & iniuſti-
212 tiam reſultare ex eo quod cum
Arbores, de quibus agitur, non
fuerint plantatæ dimiſſo ſpatio
quinque pedum à fundo alie-
no, vt præſcribitur in *l. final.*
in fin ff. finium regund. non debe-
213 bant ſolum reduci, & modera-
ri, vt dicitur in ſententiis, ſed
quidem à radicibus euelli, atq;
extirpari, vt per *Gloſſ. in l.*1.
*verb. rediget, verſ. oppone C. de in-
terdict. vbi Salicet. nu.*3. *circa med.
in quarta oppoſit. Nicol. Vall. de reb.
dub. tit. ſumma eorum, quæ habentur,
num.*8. *verſ. ego ſi contra factum
inter tract. mag. tom.* 18. *fol. mihi*
329. *Io. Baptiſta Coſt. de fact. ſcient.
& ignorant. diſtinct.*1. *centur.*1. *n.*1.
& n. 20. *Ruginell. de Arbor. con-
trou. cap.*7. *num* 7. *Viu. deciſ.* 242.
*num.*2.

Ad quod obiectum tollen-
dum negabat altera Pars veri-
tatem *d. l. final. ff. fin. regund.* ſi-
gnanter vbi firmat, quod in
214 plantandis arboribus requira-
tur diſtantia quinque pedum
à fundo vicini; etenim *Alciat.
lib.*2. *diſpunct. cap.*6. dicit dictam
legem factam Athenis per So-
lonem, & maxima ex parte à
Iuriſcõſulto Gaio Grecè ſcrip-
215 tam malè fuiſſe Latinè transla-
tam per Bulgarum, qui loco
illorum verborum, *alia autem
ligna quinque pedes*, ſcribere de-
buiſſet, *alias autem arbores duo
pedes*. Cuius Alciati ſententiam
ſequuti fuerunt *Maxill. ad con-
ſuet. Bar. rubr. Si vicini arbor in vi-
cini fundum impendat num.* 3. *&
plures alij congeſti per Giouagn. con-
ſil.* 30. *lib.*2. *n.* 13. *& Ruginell. vbi
ſupra cap. vlt. num.*4.

Sed fuit replicatum *Alciati*
ſententiam aut non eſſe am- 216
plectendam contra verba clara
textus, qui iuxta caſtigatio-
rem impreſſionem in Pande-
ctis Florentinis loquitur de
quinque, non autem de duo-
bus pedibus, cum quo concor-
dant verba Plutarchi in vita
Solonis relata à *Ruginell. cap.*7.
*num.*1. ibi, *Definiuit etiam planta-
tionis menſuras, cum qui in agro
quid plantaret, quinque pedibus à
vicino abeſſe iuſſiſſet, qui vero ficũ,
vel oleam nouem*, de quo etiam
teſtatur *Cæl. Rodigin. lect. antiq.
lib.*14. *cap.*41. *in fin. Gregor. Toloſ.
in Syntagm. Iur. vniuerſ. par.*3. *lib.*
20. *cap.* 9. *num.*6. *Odofred. in d. l. fi-
nal in fin. verſ. ſi alias arbores, Ni-
col. Vall. vbi ſupra d. num.*8. *Cepoll.
de ſeruit. vrban. præd. cap.*81. *num.*1
& 2. *Riminald. Iun. conſ.*367. *n.*24.
*lib.*4. *Viu. d. deciſ.* 242 *num.* 2. præ-
ſertim cum idem *Alciatus* ex- 217
preſsè reprobetur ab *Anton. Au-
guſt. lib. emendat.*2. *cap. vlt. Cuiac. in
dicta l. final. num.* 2. *alijſque rela-
tis à gloſſ. margin. ibidem, & fa-
ciunt deducta per Fachin. controu.*

Iur.

Iur. cap. 35. litt. D. vſque ad fin.

Aut in omnem caſum dicebatur pro parte Bartholomæi difficultatem ceſſare, ex quo dictæ arbores ſint plantatæ in confinio vtriuſque vineæ, & ſic etiam deficiat diſtãtia duorum pedum. Eſſe autem in confinio probari, tum ex ſententia Iudicis Curię Burgi, qua vtitur Martia, ibi, *in confinio vinearum ambarum Partium*, tum ex Inſtrumento concordiæ inter Auctores collitigantium celebrato, ibi, *la fratta che ſtà, e diuide la Vigna di eſſo Sig. Antonio, e quella del Sig. Nicolò*, tum demum quia ad rectam lineam eiuſdem Sepis in parte ſuperiori adeſt murus, qui à Partibus fuit declaratus communis; quibus omnibus adſtipulatur iuris
218 præſumptio, ſecundum quam Sepes cenſetur in dubio poſita in confinio, vt ex verbis *d.l.fin. ff. fin. regund.* tradit *Ruginell. vbi ſup d.cap.7.n.72 Rota in recent.deciſ 95.num.9.& ſeq.& deciſ.158. num.7. par.8.*

Ad aſſertam verò conſuetudinem pro parte Martiæ allegatam, quòd in conficienda Sepe ſoleat relinqui ſpatium duorum palmorum, & ad dictum Inſtrumentum concordiæ, vbi prætenditur auctoribus Martiæ fuiſſe conceſſum ſitum trium palmorum intus Vineam Bartholomæi, reſponſum fuit, conſuetudinem non 219
fuiſſe ſufficienter probatam cũ ſuis requiſitis, de quibus per *Menoch.conſ.545.num.20.& conſ.* 220
1239. *num.*16. & concordiam non tribuere dictam quantitatem terreni iure dominij, ſed ſolum iure ſeruitutis ad certũ, & determinatum effectum, ibi, *ſolo per accommodare, ouero fare la fratta*, vt ponderando dictam taxatiuam *ſolum* cõſuluit *Surd. conſ.572 num.46.*

Et hinc deſumebatur etiam iniuſtitia ſententiarum quoad Fontes, & Foueum, quia cum concordia non tribuat tres palmos terreni iure dominij, ſed ſolum iure ſeruitutis, inde Bartholomæus Dominus fundi nõ
dicitur prohibitus intra pro- 221
prium ſitum effodere foueum, aliaque facere ad placitum iuxta diſpoſitionem *Text. in l. quoties la 1.§. ſeruitutum.ff.de ſeruitut.*

Demum fuit allegata præ- 222
ſcriptio, ex quo arbores ſint nimis annoſæ, & auctores Bartholomæi non reclamauerint ex deductis per *Giouagn.reſp.30 per tot. vol. 2.* & in ſimili de
quinque pedum præſcriptione 223
notauit *Cuiac. in l.quinque pedum C.fin.regund.* Sed vltra quod in facto negabat altera Pars arborum antiquitatem, adhuc afferebat in hac materia non ad-

admitti præſcriptionem, ſiue
quia arbores propter naturalē
224 motum numquam manent in
eodem loco, & ſtatu, & ſic
225 quotidie grauant, ſiue etiam
quia vbi eſt naturalis motus
continuus, non eſt continua
poſſeſsio, & pluribus alijs ra-
tionibus defendit *Ruginell.d cap.
7.num. 27. & ſeqq. & comprobat
Magon.decıſ.Florent.6.ante num.4.
verſ.& quamuis*.

Quibus omnibus perpenſis
hodie DD. reſponderunt non
eſſe locum Statuto de duabus
vtraque Parte informante.

Prædd.autem quamuis Pri-
uatorum rura reſpicientia, in-
ſtruunt nihilominus etiam ad
publicum Ius, & peritiam Ta-
xarum.

DE IMMVNITATE Taxarum. Cap.VII.

1 IMmunis ſcilicet abſq; mu-
nere & vere dicitur à vaca-
tione à muneribus, vt *ex l.pen.
§.duo ff.de vac.mun.& ex l.un. C.*
2 *de vacat. publ.mun.lib.*10.& Im-
munitatem eſſe otium declara-
uit Cicer. in Verr.& quidem
otioſus dici quiſque poſſet qui
3 eſt immunis, ſed verbum otiū
probrum cantauit *Eliodor.* re-
citato à Socrate Carmine vlt.
*non Probrum eſt operarios; eſt ceſſa-
tio probrum &c.*nihilominus da- 4
ta eſt immunitas in argumen-
tum meritorum, ex quo enim 5
quiſque tenetur ſubire publica
munera,vt ex *tit. C. de Immunit.
nemini conced.lib.*10 *et de muner.&
honorib. & quemadmodum Ciuil.
munera induc. & de excuſ mun. in* 6
*C. eod lib.*10. Ideo à Commu- 7
ni Regula probroſi otij aliquæ
certæ perſonæ excipiēdæ viſæ 8
ſunt,quæ tamen ex rebus bene
geſtis Ius quoddam abſtinendi
a muneribus, & curis publi-
cis, vacandi ſibi ipſis incum-
bendi cauſa meruerunt. 9

Hinc ad præſeruatas quo-
que res & perſonas à publicis
muneribus non incongruè ex-
tenſum eſt à iure nomen hoc 10
Immunitas, quia eadem ferme
ratione fouetur.

Eſt autē Immunitas vel per-
ſonalis, vel localis, vel realis,
vel gentilitia, vt de priuilegio
recenſet diſtinctionem *Bart.in l.
1.num.2. verſ.primo caſu* ibi: vn- 11
de dicuntur *ff. de mand.Princ.*nec
eſt aliud immunitas, niſi ſpe-
cies priuilegii, vt ſupponit ex-
preſsè idem *Bart.in l 1.num 1.&* 12
*ibi annot C de indict.lib.*10.*& Vil-
lagut. de extenſ.legum cap. fin. circa
princ.* appellauit immunitatem
priuilegium, & libertatem, &
Archidiaconus in Can.*cum deuotiſſi-
mi* 12.*quæſt.*2.appellauerat ſecu-
ritatem à muneribus, & à ve-
xatio-

13 xationibus. Perſonalis indica-
14 tur in *l.3.C.de excuſ. mun. lib.*10.
Localis in præcepto Dei ad
Moyſem Numer. *cap.*35. ibi:
Decernite quæ Vrbes eſſe de-
beant in pręſidia fugitiuorum,
& paſsim habetur in *tit.C de ijs,
qui ad Eccl.confug.* ſicut ex Bulla
Gregor.XIV quę incipit,Cum
alias &c. impreſſa penes *Donat.
de Aſyl.* ante principium mate-
15 riæ. Et ſi quæ ſint ſimiles, ſed
propriè ad rem noſtram dici-
tur Immunitas localis, quando
aliqua Ciuitas, vel locus ex
gratia Principis, vel ex con
uentione inita cum ipſo Prin-
cipe, vel Republica eximitur à
ſolutione gabellarum, & colle-
ctarum, de quibus *Cicer.*5.*Ver-
rin.ibi Immunes Ciuitates*, & ha-
16 betur *in l* 4. §. *quamquam in qui-
buſdam ff.de cenſibus*, dicitur autē
localis, quia ſolus locus,& bo-
na omnia in eo contenta ha-
bent immunitatē reſpectu eiuſ-
dem loci, & bonorum, vnde
17 perſonæ recedentes à loco, &
bonis prædictis ſi non ſolum
corpore, ſed etiam animo ſpo-
lient ſe poſſeſſione naturali, &
ciuili perdent immunitatem
18 prædictam. Realis verò eſt,quæ
reſidet ſpecialiter in aliqua cer-
ta re,vt idem *Cic loc.cit.* ibi,Im-
munes agros, liberoſque &c.
& *Plin.in panegir.* ibi, Eandem
immunitatem in paternis bo-
nis filio tribuit.

Et eſt Immunitas ſpecies pri-
uilegij. Priuilegium ſiquidem, 19
quod dicitur quædam priuata
lex *c. priuilegium diſt.*3. *c. Abbate* 20
de verb. ſignificatione, tamquam
genus prædicatur de pluribus
differentijs ſpecie, aut enim
dicitur libertas, vt in Eccleſia, 21
quod conſuluit *Bald. conſ.* 246.
*antiqua querela &c.in princip.lib.*3
aut priuilegium iuriſdictionis,
vt v.gr.in Vrbe, et alibi Natio 22
Florentina habet ex conceſsio-
ne ſa.me.Leon.X.ſub auſpicijs 23
Sereniſsimi Magni Ducis Flo-
rentiæ ius eligendi ſibi Conſu-
lem,qui ſimplicem iuriſdictio-
nem habet ſuper Curialibus 24
Florentinis, habetque propriū
Tribunal,et Notarium;et con-
gregari ſolent in māſione eiuſ-
dem ſui Tribunalis, Mercato-
res omnes ad cambiorum ne-
gotia: Itidem et Natio Genuē-
ſis, et Vltramontanæ Conſules
ſuos habent in Vrbe, qui in 25
auditorio Camerarii Riparum,
ſtatis iuriſdicundi diebus ſedent 26
in loco audientiæ cum alijs of-
ficialibus.

Sunt et priuilegia Prælatio-
nis, et alia inter quæ omnia 27
verbum Immunitas prebet no-
bis anſam diſcurrendi in exa-
mine, & ratiocinio materiæ
immunitatis in genere: Noſtri
tamen operis propoſitum ad
ea

ea dirigetur inueſtiganda, quæ
in re ædili aliquam prætendere
valeant exemptionem à ſolu-
tione taxarum in viarum, &
pontium inſtructione, & re-
ſtauratione; quod vt eo facilius
percipiamus, recenſendæ à no-
bis ſunt diſtinctiones immuni-
28 tatis. Et aſſumentes Realem,
conſiderare poſſumus hanc in
bonis patrimonialibus ipſius
Principis, vt *in l. fin. C. de priuil.*
29 *Dom. Aug. lib.* 11. quæ talis im-
munitas nõ ſine legitima cau-
30 ſa præſeruatur, quia videlicet
illorum redditus frequentiſsi-
mè deputat ipſe Princeps ne-
ceſsitatibus publicis, vt *in d. l. fin.*
31 & ex hac decidendi ratione,
bene poſſumus deſumere nul-
lius bona hanc habere in ven-
tre immunitatis virtutem in
32 hac materia, cum ad eximen-
dum illa Principis debeat talis
concurrere præponderans cor-
reſpectiuitas, quam nullus ex
33 ſubditis prætendere poteſt; Di-
ſtinguendum tamen eſt inter
Domum Auguſtam, & Bona
Patrimonialia Principis: Do-
34 mus Auguſta, quæ & diuina
dicitur, non eximitur à reſtau-
ratione viæ, *l. ad inſtructionem C.*
de Sacr. S. Eccleſ. l. pen. C. de Priuil.
35 *Dom. Aug lib.* 11. *cum ſimilib.* Pa-
trimonialia autem bona Prin-
cipis, quæ in Vrbe ſunt bona
36 Cameræ Apoſtolicæ, vt Tenu-
tæ eiuſdem Cameræ, & pro-
uentus, quia omnia hæc fructi-
ficant, & erogantur in conſer-
uationem Status Eccleſiæ; ſol-
uitur enim ex talibus fructibus
merces omnium præſidiorum,
& omnium officialium Status
Eccleſiæ, & aliæ fiunt inæſti-
mabiles impenſæ, quæ pro ne-
ceſsitatibus publicis erogantur,
vt *ex d. l. fin.* Ideo quia bona 37
patrimonialia Principis decla-
rantur immunes à taxis *in ead.* 38
l. fin. propterea debent eſſe im-
munia omnia bona Cameræ 39
Apoſtolicæ eadem ratione, vt
ſupra indicaueram, ſed regu- 40
lariter nec ipſa quidem Sacra
Eccleſia excepta tamen facie
ipſius Eccleſiæ, realem, ſiue
localem immunitatem in con-
tributione reſtaurationis viarũ
retinet regulariter *d. l. ad inſtru-*
ctionem, & ibi gloſſ. & DD. C. de
Sacroſ. Eccleſ. & d. l. pen. C. de pri-
uil. Dom. Aug. & magis expreſsè
habetur *in §. ad hæc ſancimus, in*
Auth. de Eccleſiaſt. tit. ibi: itineris
ſternendi, aut pontium ædifi-
cij, vel reparationis, ſi opus
fuerit ad inſtar aliorum poſſeſ-
ſorum huiuſmodi opus, & San-
ctas Eccleſias, & Venerabiles
Domos complere, dum ſub il-
la poſsident Ciuitate, ſub qua 41
tale ſit opus, &c. et ibi *gloſ. in*
verb. ſubſtinere: et ſatis ſit conſi-
derare, quod taxæ ſoluuntur
ratio-

ratione bonorum pro reſtaura-
42 tione viarum, vt ex *l. adiles* §.
conſtruat ff. de via publ. Specul. in
tit. de Cenſ. §. 1. *verſ. collectio enim*
&c. et ita practicatur in Tribu
nali viarum Vrbis, vt ratione
bonorum ſoluatur taxa, & ra-
tione rerum ſcilicet vehiculo-
rum, equorum, & cæterarum
belluarum ad vehendi vſum.
43 Quo vero ad localem, nullus
eſt locus de iure communi, qui
valeat ſibi immunitatem in
collectis ædifitijs vendicare,
44 dum ipſa ſacra loca ad taxarū
ſolutionem coguntur *d.l. ad in-*
ſtructionem, & ex ſupradictis a-
45 lijs iuribus, niſi ſpecialiter à
Principe eximatur, vt erat in
Vrbe Fabrica S. Petri in ædifi-
catione maximę Porticus Ale-
46 xandrinæ, & ſimiles, quæ nihi-
lominus ſubiecta inde fuit Ma-
giſtratui ædilium, pro ſolutio-
ne taxarum in varijs Chirogra-
phis ſuper hoc à Summ. Ponti-
ficibus emanatis, et alia Loca.
Aduertendum tamen eſt,
47 quod loci immunis vehiculi,
muli, ac etiam alia animalia
ad vecturam non poſſunt in
eadem immunitate numerari,
48 niſi ſaltem tria concurrant,
quod videlicet locus immunis
habeat agros proprios, & fun-
dos, proprioſque habeat vehi-
culos, & mulos, & alia anima-
lia ad vehendum, tertiū quod
loci ſui propria vehant, alio-
quin, ſi alienum quid in tribus 49
hiſce ſit, non iuuabit immuni-
tas, ſed cogendus locus immu-
nis erit ad ſolutionem ta-
xarum portæ & viæ taxatæ, quę
opinio eo magis roborata de-
ducitur *ex Affl. in tract. de feud. in*
tit. quæ ſint regalia &c. in num. 91.
vbi refert, & ſequitur opinio-
nem *Baldi in cap.* 1. *in num.* 15. *de*
Pac. Conſtant. & prædicti Aucto-
res loquuntur de Eccleſia in
genere, & bonam reddunt ra-
tionem, quia videlicet plauſtra, 50
& vehicula deſtruunt vias, &
ſtratas, vnde non ſolum mo-
uentur iſti DD. ex regula
vtilitatis communis Reipubli- 51
cæ in hoc ordinario onere ra-
tione bonorum, ſed etiā prop-
ter damnum, quod inferunt, 52
quæ duo vincula magis ligāt: §
ſi vero Pater naturalis *inſtit. ciu.*
de adopt. & ibi DD. cum ſimili-
bus.
Perſonalis immunitas pri- 53
mo conſideratur in Eccleſiaſti.
cis perſonis, vt à dignioribus 54
initia ſumamus, *vulgata l.* 1. *&*
2. *ff. de alb. ſcrib.* quarum perſo-
narum iura perpendenda à no-
bis ſunt in materia collectarū
in genere, vt ſpecies inde faci-
liori calculo ſupputemus: Iam-
que notiſſimi iuris eſt Eccle-
ſias, & Eccleſiaſticas perſonas
in genere, ſicut & res ipſarum

55 iure humano, & diuino, im-
munes eſſe ab exactionibns per
laicos impoſitis, *cap. quamquam*
de cenſiq.in 6.cap.1.de immun. Ec-
c'eſ. eod. lib. 6. gloſſ. ibid. in verbo
Diuino & c. Abb.cons.13. par.2. in
princ.& àtaleis nou.vel collectis
56 bonorum, etiam quæ acquiſi-
uerunt *d c.1.* & à pedagiis, vel
guidagiis, reſpectu bonorum
propriorum, *c.præſenti Clement.*
de cenſib. videlicet patrimonia-
57 lium, *Abbas in cap. ex litteris n.3.*
vers.ex quo inſero de vit.& honeſt.
Cleric. quia gabellæ, & datia
ſoluuntur de rebus propriis,
58 *Abbas Panorm conſ.6. lib.1. ante*
num.2.verſ etſi diceres; Vnde cum
59 perſona Clerici ſit immunis,
d.cap. 1. de immunit.in 6. can. 46.
in Concil. Tolet. Concil. Trid. ſeſſ.
25.cap.20. de reform. ita & Cle-
60 ricorum bona, quæ ſequuntur
conditionem perſonæ, *Abbas*
d.conſ.6.ibid.Caual.deciſ.64. n.10.
Decian.cons.51. d num. 15. & ſeq.
lib.3. ſicut etiam ſunt immunes
Clerici ab inſcriptionibus, *l.*
ſancimus,la 2. C.de Sacros.Eccl.&
ibi gloſſ. in verb. inſcriptionibus:
61 Cæterũ omnimoda exemptio
Clericorum, eorumq; immu-
62 nitas à gabellis collectis,& qui-
buſcumque impoſitionibus, ſa-
tis ſuperq; recenſetur, ac ma-
turè ſane diſcuſſa comproban-
tur à Magiſtrali deciſione con-
firmatoria alterius *in recent.par.*
9.dec.412. & poſt eam ſequitur
ſatis afſluens ibid.annotatio; &
concordant citata in *dd.iuribus*;
c.non minus, & c. aduerſus de im-
munit.Eccleſ.c.1 & c. clerici de im-
munit.in 6.cum plurib. alijs ſimilib.
ſed & pro ſolutione,& exactio- 63
ne contra Clericos plura con-
currunt examinanda, cum ipſe
Summus Creator, & Redem-
ptor Deus Chriſtus Dominus
iuſſerit Petro, vt ſtaterem in
ventre piſcis repertum daret
etiam pro ſe, & natus eſt ſub 64
tributo Tiberii Cæſaris,& iuſſit
dari tributum *cap.magnus 11.qu.*
1.& ibi Archid. fundatur autem
hæc regulæ exceptio ſecũdum
ius ciuile, & canonicum, etiam
in ratione communis vtilitatis 65
laicorum, & ipſorum clerico-
rum, *Abb.& DD. communiter in*
d.vulgato cap.non minus,& cap.ad-
uerſus de immun. Eccleſ. id, Abb. in
conſ.6.lib.1. & conſ.13. lib.2. De-
cius in cap. Eccleſia S. Mariæ de
conſtitut. cum concord.

Interim vt vtilius ratiocinemur, & eo facilius apprehendamus quidditatem, & qualitatem materiæ immunitatis recenſere, & declarare diſtinctè terminos diuerſorum onerum conabor pro viribus.

Publica onera ſunt aut ordi- 66
naria, aut neceſſaria, aut ex-
traordinaria. ordinaria ſunt
impoſitiones antiquæ ip ipſa

Rei-

Reipublicæ fundatione ordinatæ illius ſubſtentatione, vt paſſim Plato de Repub. ſunt enim
67 (vt inquit Cicero pro Pomp.) vectigalia pro Republica impoſita, nerui ipſius Reipublicę;
68 Vnde bene ſcripſerat *Ariſtot. lib. 7. Polit.* Ciues diuites neceſ-
69 ſarios eſſe Reipublicæ: iſti nāque ſoluunt facilius vectigalia, & onera: & redeuntes ad rem noſtram, vel ſunt impoſitiones legitima conſuetudine introductæ, cuius initii memoria nō extet iuxta conſiderata *à Salyc. in repet l. vectigalia C. non. vectig. inſt. non poſſ. in num.* 6. & refert ex hiſtoricis *Diodor. Sic. lib. 2. cap. 2. de reb. antiq. Alex. ab Alex. lib. 4. cap. 4. & 10. & præcipuè in d. cap.*
70 2. vbi de ædilibus curulibus diſcurrit.

Onera neceſſaria ſunt, quæ
71 vrgente neceſſitate peſtis, famis, aut belli (quæ Deus auertat) à Republica imponuntur, et hoc legitimè factum dicitur,
72 quia neceſſitas facit etiam de illicito licitum, *Gerard. de Petraſanct. ſingul. vlt.* et in ſimili neceſſariæ exactionis refert
73 *Dion. in Aug.* Extraordinaria vero ſunt nouæ impoſitiones, et gabellæ, quæ vt plurimum reprobantur in iure *Nouar. de gruamin. vaſſallor. grauam. 37. &*
74 *38.* et vtrobique refert Innocentium *in c. innonamus de cen. ſib.* et alios; precipuè quando tangunt clericos, *c. 1. & c. Clericis de immun. in 6. d. c. non minus, & c. aduerſ. extr. de immun. Eccleſ. c. ſancitum eſt 23. qu. vlt.* et propterea Princeps ſibi ipſi reſeruauit ius imponendi gabel- 75
las, vt in *toto tit.* C. *non. vectig. inſtit &c. & ll. allegatis, C. de vectig. & comm.* quam ſententiam 76
iuris ciuilis, confirmarunt ſacri Canones *in c. ſuper quibuſdam 26. & ibi gloſſ. de verb. ſignif. & in d. c. innouamus* 10. *de cenſibus*. 77
Redeuntes igitur ad onera ordinaria, quia hæc ad ſuſiſtentationem Reipublicæ conſtituta fuere, ſunt enim neruus ipſius Reipublicæ, vt notaui ex Cicerone pro Pompeio, & quidem nihil eſſet Reſpublica, niſi à priuatorum ciuium ſubſtantijs foueretur, vnde ſumma ratione exiguntur, & reducamur in memoriā, quod etiam ante conditam Vrbem, Græcorum Imperium varijs priuatorum 78
locorum oneribus ſubſtentabatur, ſicut & Leptis in Affrica ſingula in dies talenta Cartaginenſibus pendebat pro vectigali, vt refert Alex. ab Alex. lib. 4. cap. 10. vbi & plura loca recenſet circa ſolutionem vectigalium; & Romæ in propoſito diſcurſu antiquitus ex agris, & noualibus decima ſeminum dabatur à ſingulis ciuibus, &

à Colonis *idē Alex.loco cit. verſ.*
antiquis etiam &c. Et poſt inter-
80 fectum Iulium Cęſarem in Se-
natu, cum ob multa bellorum
incommoda Reſpublica eſſet
exhauſta pecunijs, Ciues Roma
nos omnes ſuarum facultatum
quintam, & vigeſimam partem
contribuiſſe, notatur *in Thea-*
tro vitę hum. lib. 19. *tit. vectigalia*;
81 Tributa vero, quia generaliter
ſoluntur pro ſubſtentatione
Coronę Regis, qui eſt ipſa Reſ-
publica, hoc idem ſeruari de-
bet, vt de Indis refert *Alex. ab*
Alex. lib. 4. cap. 19. & de Egyptijs
82 qui vectigalia in tres diuide-
bant partes; prima ad ſacrorum
miniſteria, & priuatæ vitæ cō-
moda offerebant, ſecundam
Regi, & ad belli, & vitæ cultū
tribuebant, tertiam vero mili-
tibus, vt ex *Diod. Sic. lib. 2. cap. 2.*
83 *de rebus antiq.* & gabellæ exigē-
te vſu, introductæ ſunt, vt ſcrip-
ſerat *Bertach. in ſuo tract. de gabell.*
inter tract. vniuerſal in prob. num. 2
84 *verſ. ne igitur &c.* & in toto fere
orbe terrarum cuſtodiuntur, &
85 exiguntur; Intelligi tamen de-
bet de gabellis, & collectis or-
dinarijs, cum alias, ſtrictè con-
ſiderando verbum gabellæ in-
telligi poſſit etiam de extraor-
dinarijs, & iniuſtis impoſitio-
nibus nouis, quæ abſq; aliqua
neceſſitate, nec ad publici re-
giminis fomentum, & alimen-
tum imponuntur, ſed à quibuſ-
dam Baronibus abſque neceſ- 86
ſitate, & legitima cauſa impo-
nuntur, vt ſupponit allegatus
Nouar. de grauaminib. vaſſall. tom. 3
grau. 37. n. 3. & paſſim in eodem
opere, vaſſallos inutiliter exte-
nuari; itaut quemadmodum
Sext. Tarquinius Gabij Ciui-
tatem per ciuium opulentium 87
deſtructionem potitus eſt ita
Barones aliqui diripiendo (in-
quit *Nouar. loc. cit.*) vaſſallorum
bonis potiuntur, dum exceſſi- 88
uè, & iniuſtè exigunt colle-
ctas, vnde ad ſimilitudinem
cauſæ deſtructionis Gabiorum
Gabellas ita dictas, non inueri-
ſimiliter notarem: cui conſo-
nat *tex. c. vlt. in fine princ.* 94. *di-*
ſtinct. & c. quia plerique extr. de
Immunit. Eccles. & c. cum Apoſto-
lus de cenſibus. Collectæ autem
& gabellæ ordinariæ, & iuſtæ, 89
eæ ſunt, quæ imponuntur dum
ita expediat pro conſeruatione
Regni, vel quod Princeps ita 90
indigeat ære, vt non valeat oc-
currere publicæ vtilitati, quas
duas cauſas aduertit idem *No-*
uar. grau. 58. *num.* 2. *ex Roland. conſ.*
1. *num.* 51. *vol.* 2. *& Capic. in Inueſt.*
in verbo Collecta verſ. temporibus
&c. Cæterum gabellæ verbum 91
apud antiquos non inueni vſi-
tatum; ſed poteſt ſecundum
hodiernam diſtinctionem ga-
bella dici impoſitio procedens 92

ab

ab ipſo Principe, etiam inuitis
vaſſallis; collectam autem eſſe
impoſitionem, alicuius con-
tributionis editæ à Ciuitate,
mutua ciuium conuentione,
& voluntate, pro eadem Ciui.
tate, & Communitate ſubſten-
tanda, vt ſupponit Klok *de con-*
*tribution.cap.*5.*ex n.*104.

Sed relinquamus terminum
Gabella tamquam odioſum, &
tranſeamus ad diuerſas ſpecies
93 impoſitionum, & collectarum;
prçmittendum autem eſt, quod
huiuſmodi onera ſunt aut per-
ſonalia, aut realia, aut mixta,
94 perſonalium prima ſpecies eſt
vectigal, quo verbo vtuntur
communiter DD. & Auctores
antiqui, vbi de materia impo-
ſitionum, & collectarum di
ſcurrunt, vt de antiquis *Liu.*
Aul.Gell *Alex. ab Alex. & alij*;
95 de noſtratibus vero *Bertacb. in*
dict. tract. de Gabell. Ferrett. eod.
trac. de gab. Bald. & Thomat. de
Collect. tract. de æſt.m. & Collect.
Aiell de Iur. Addoh. & alij: Diuus
autem Thomas ſuper *Epiſt.* 13.
69 *ad Romanos lect.*1. *in fin.* vectigal
reſtringit ad id, quod ſoluitur
pro cuſtodia mercimoniorum,
quod nos dicemus potius gui-
97 dagium; vſus eſt autem Diuus
Thomas ſuper *epiſt.*13. *ad Rom.*
*d.lect.*1. *in fin.* hoc termino vecti
gal, tamquam termino gene-
97 rali, vt de gabella intelligunt
Compilatores iuris ciuilis *in tit.*
C.vectig.nou.inſt. non poſſ. ex re-
ſcripto Seueri, & Antonin. ibid. in
*l.*1.*&* 2. *& Galieni, & Valer. in*
*l.*3.*eod.tit. & ex reſcripto Conſtan-*
tin.in tit. C. de vectigalib. & com-
miſſ. ſed proprie ad faciliorem 98
rei intelligentiam, non ita be-
nè accommodatur; Vectigal
ſiquidem propriè dicitur quæ-
dam quantitas, quæ exigitur à
Stationariis, & Publicanis, vul-
go Gabellariis pro rebus, quæ
aut mercimonii gratia vehun-
tur, vt latè *Bertach. in ſuo tract.*
de gab in præludio, vel quæ non 99
ſint propriæ, aut fiſcales, vt be-
nè diſtinxit Conſtantinus Im-
perator *in l.vniuerſi, C.de vectig.*
& comm. & cōſonat reſcriptum 100
Gratiani *in l. à legatis eodem tit.*
quæ excitata quantitas erat o-
ctaua pars rerum, quæ vehe-
bantur, & declarauerat idem
Gratian. in l. ex præſtatione eod. tit.
C.de vectig.& comm. Et vectigal 101
diſtingui à collecta ſcribit *Six-*
tin.lib. 2.*de regalib.c.*6.*n.*13.*in fi.* &
diuerſam eſſe rationē obſerua-
uit Klok.*de contributionib. cap.*19.
*num.*584. vbi in dubio iudican- 102
dum contra fiſcum, & collectā
ſcripſit *ibidem* Klok *num.*622.*per*
*l.*10.*ff.de iur.fiſc.Couarr. var reſol.*
*lib.*1.*cap.*18. *cum alijs allegatis ab*
eod. Klok *loco cit.*

A ſolutione igitur iſtorum 103
vectigalium debent præſeruari
immu-

immunes Clerici, etenim non
104 eſt onus merè reale, ſed mix-
tum, vt infra melius diſtingue-
mus in vnaquaque ſpecie one-
rum huiuſmodi; excepto ta-
105 men ſi pro reparatione viarum
ſit impoſitum, quia tunc rei
neceſſitas impellit, & commu-
nis vtilitas, omnes æqualiter
reſpicit abſque perſonarum di-
ſtinctione vulgatis iuribus, *leg.*
ad inſtructionem, & ibi DD. C. de
106 *ſacroſ. eccl. l.4. §. is vero 2. ff. de*
cenſ. Aldouin.conſ.59.n.16. adeout
nulla immunitas etiam cleri-
calis, nec vlla cuiuſuis dignita-
tis prærogatiua excuſet quomi-
nus quilibet indiſtinctè pro ra-
ta ſubſidium præſtet, *Klok de*
contributionibus cap.9. ex num. 63.
& 67. per l.1 & 2.C.de nauib.non
excuſ.lib.11.& dicemus infra.

Eſt inquam onus mixtum
vectigal, quoniam etſi ſolua-
107 tur pro rebus, non ſoluitur pro
rebus, vt res ſunt, ſed quatenus
non ſint propriæ illorum, qui
eas portant, ſed perſonarum
exemptarum in *d.l. vniuerſi*, vi-
delicet aut fiſci, aut ſimi-
lis.

108 Nec poſſet replicari ex ea-
dem *l.vniuerſi* circa negociatio-
nes, hoc enim non præſumitur
in Clerico, qui debet abſtinere
109 ab illicitis, *cap. negotiatorem 88.*
*diſtinct.*nec ſæcularibus negotiis
Clerici implicantur, *c. mali-*
tijs 21.qu.3.cum duobus canonibus
ibidem ſequentibus c. te quidem 11
quæſt. 1. c. Clerici ab indignis 14.
quæſt.4. cum ſimilibus: Et crede- 110
tur iuramento illius, vel eius
famuli, quod res illæ ſunt pro 111
eius vſu, niſi tamen qualitas
rerum,& perſonarum oſtende-
ret negotiationem, vel eſſet in 112
promptu probatio negotiatio-
nis, vt benè diſtinguendo ſcri-
bit Bertach. *de Gabell. part. 7. in*
num.13. & quando res,quas ſe- 113
cum habet Clericus, eſſent ci-
tra vſum Clericorum, nihilo-
minus cum perſona Clerici ſit
immunis,vt late ſupra diximus, 114
non poterit ab eis aliquid exi-
gi,niſi forſan res veheretur ne-
gotiationis cauſa, *Clem præſente,*
& ibi gl.de cenſ. Federic.*de Sen cõſ.*
111. *Quæſtio talis eſt &c.* vel ſi
res fuerint alienę, cui ſpeciei 115
vectigalis conueniunt aliæ ſpe-
cies, videlicet portorium, *gloſſ.*
in cap. ſuper quibuſdam de verbor.
ſignific. vbi & Salinarium; Item 116
& Archimandia ſecundum ex-
poſitionem *Baldi in c. 1. in princ.*
quæ ſint regalia in vſib. feud.
in quo *cap.* 1. itidem & Tollo- 117
num exponit *Bald.* vt refert
Bertach.de gabell. in prælud. in n.2.
ſicut gabellam, datium,& col-
lectam, confundit in eodem 117
genere *Weſemb. conſ.303. nu.77.*
vol.7. Rip. conſ.186. num.6. Klok
d.tract.de contribution.cap.5.n.128.

Anga-

119 Angaria pariter eſt verbum ge-
nerale impoſitionis, ſed mere
perſonalis, quia reſtringitur ad
eum caſum quando perſonæ
imponitur onus ſoluendi de
proprio, *Hoſtienſ. in ſumma de
Immunit. Eccleſ. num. 3. gloſſ. in d.
cap. non minus, & in l. neminem, C.
de Sacroſ. Eccleſ. Imol in cap. quia
10. quæſt. 3. num. 2. Hoſtien. in ſum-
ma de imm. & ex cap. conuenior 23.
quæſt. 6. Dec. in cap. Eccleſia S. Ma-
riæ de conſtit. num.* 224. vbi refert
Signorol. conſ. 21. *Statuta ciuitatis
&c. col. 2. Natt. conſ.* 280. *num.* 5. *in
fine*, & probat *l. viæ ſternendæ
circa finem, ff. de priuileg. veterano-
rum ibi*, & naues eorum anga-
riari vidit, vt ſeruiant proprij
Domini ſumptui, quo caſu pa-
120 riter non poterunt adſtringi
Clerici à Principe laico, quia
non ſunt illius ſubditi, *cap. Ec-
cleſia Sanctæ Mariæ de conſtit. cap.
Si diligenti de foro compet. & ex
can. 2. 3. & paſſim* 11. *quæſt.* 1. ſed
ſunt omnino exempti à conſti-
121 tutionibus laicorum, & illorū
edictis non ligantur DD. com-
muniter *in d. cap. Eccleſia Sanctæ
Mariæ*, & præcipuè Abbas, *Cal-
derin. & alij relati per Surd. conſil.*
301. *num.* 12. *verſ. etenim eſt &c.*
cum aliis, quos refert, & ſequi-
tur *Rota in recent. par.* 9. *deciſ.* 412.
num. 30.

122 Perangaria eſt aliud onus im-
poſitionis, ſed mixtum *Hoſtien.
in ſumm. tit. de immunit. in num. 3.
verſ perangaria &c.* quia tunc ita
dicitur, quando impoſitio re-
ſpicit ſeruitium perſonę ſump-
tibus alienis, *gloſſ. in d. l neminem,
& Innoc. in d. cap. quia cognouimus*
10. *quæſt. 3. gloſſ. in d. cap. non mi-* 123
*nus, & ibi Hoſt. vers. tot angarijs
&c.* quo caſu pariter per ea,
quæ diximus clerici non co-
gentur à laicis, ex præmiſſis.

Tributum eſt onus aliquan-
do perſonale, & aliquando rea- 124
le, perſonale dicitur capitis,
reale dicitur ſoli, vt benè di-
ſtinctionem ſupponit *Paulus
I.C. in l fin. §. Diuus Veſpaſianus
ff. de cenſ. & de vtroq; ſcripſit Vl-
pianus in l. ætatem in eod. tit.* & di-
ctum eſt à tribuendo, vt paſſim 125
ex d. tit ff. de cenſib. diſtinctionem
autem inter vectigal, & tribu-
tum, tamquam reale ponit *gloſ.* 126
in l. 1. *§. primo in verbo pendeant ff.
de publicanis, & vectig.* videlicet
tributum ſolui ratione ſoli, tex-
tus autem ſupra citati diſtin-
guunt expreſsè perſonale tri-
butum à reali; & aduertendum
circa præmiſſa ad actionem 127
perſonalem in rem ſcriptam,
vt dirigi actio efficaciter valeat
iuxta caſuum diuerſitatem.
Vbi igitur ſitum eſt onus in 128
ipſa re abſque reſpectu certæ
perſonæ, niſi in quantum poſ-
ſidet fundum obnoxium, con-
cludit *Bart. in l. fin. C. de exact. tri-
but.*

*but.lib.*10.*per illum text.in num.*1.
129 Eccleſiam teneri ad ſoluendũ tributum prædiorum, quæ ad eam peruenerunt habẽtia qualitatem tributariam, vbi pro-
130 culdubio intelligit de tributo reali, & res eo caſu tranſit cum onere ſuo, *vt in cap.* 54. *Concil. Later.*4 *relat.in ſumm. conſil. omn. fol.mihi* 545. pro ſolutione tributi, & conſonat actus Chriſti Domini apud *Matth.cap.*17.circa ſtaterem in ore piſcis, ſcilicet dramma ſignatum imagine Regis, vt notat Archid. *in cap.tributum* 23. *qu.*8.quia habebat qualitatem tributariã, ideo iuſſit Chriſtus dari pro tributo, non obſtante quod deuenerit ad manus Petri, & propterea exponit Vrbanus Papa *in d.cap. tributum*, quod Eccleſia ſoluit
131 tributum de exterioribus bonis, vt explicat *gloſſ. in verbo de exterioribus &c.* ſcilicet quia cũ onere ad eam peruenerant, *c. cum non ſit in homine extr.de decimis, & d. l. diuinam*, & conſonant *c. ſi tributum, & c. magnum quidem* 11.*qu.*1. *cum concordantib.*
132 Liquet igitur, quod loquendo in genere onerum mere realiũ, quando res erat obnoxia tributo, vel cuilibet aliæ impoſitioni laicorum, antequam veniret ad manus clericorum debeat tranſire cum eodem onere, *Anchar.in conſ.* 303. *nu.*4. *& præcipuè in verſ ex quibus &c. Decius in cap.Sanctæ Mariæ de conſtitut. num.* 215. *&* 241. *Henric. Boich.in cap. non minus num.* 5. *de immunit.Eccl. Surd conſ* 262. *n.*2. *lib.*2.*Bertach de gabell.par.*7.*n.*21. *verſ. quæ vero poſtea &c. Egid. Thom. de collect.cap.*2. *n* 32 *verſ. ſed ſi prius &c. Abb.conſ.* 53. *in num.*1.*verſ certum eſt &c. ibi, niſi eſſent, par.*1.*&c. Hoſtienſ. in ſum. de immun.Eccl.& alij DD. in cap. non minus de immun. Eccl.* Cin. *in l placet num.*1. *in fine C. de ſacroſ. Eccl.& ibidem Bart in l. de ijs,* C. *de Epiſc. &* Cleric. *notat Cardin.* Belarm.*ad Concil. Trident.ſeſſ.*25. *cap.*20. *Imola in cap. fin. de vita, & honeſt.cleric.Calderin.cons.*7. *poſt num.* 2. *de conſtit. Ruin. conſ.* 111. *poſt num.*1.*vol.*5. *Barbat. conſil.*1. *num.*10.*&* 12 *lib.*3. *Anchar. conſ.* 96.*num.*6. Guidopap. *quæſt.*79. *&* 281.*in adnot.in verb.pro rebus &c. Azor. inſtit. moral. lib.*5. *cap.* 13. *verſ.eſt igitur &c.tom.*1. *Bonau. de censur.Bull.cœn diſp.*1. *q.*19. *par.*3. §.3. *num.*17. 18. *Suarez de cenſ. Bull.cœn.diſp.*21. *ſect.*2. *poſt n.*99. *Bell.diſquiſit cleric.à numer public.* §.3.*per tot German.de ſacr.ſa.imm. lib.*3. *cap.*17. *poſt num.*27. *&* 56. *Bard.de iur. Eccleſ.vn.lib.*1.*cap.*39. §.5.*num.*37. *Barell. de Reg. Chart. per tot.cap.*63.*num.*23.31.*Lotther. de re beneſ.quæſt.*36.*num.*30. *lib.*3. *Gaill.obſeru.*52.*num.*12.*lib.*2.*Leſſ. de iuſt.& iur. lib.*2.*cap.*35. *dub.* 3.

Rota

*Rota coram Merlino in Alben. Gabellæ dec.*908.*& in recent.dec.*339. *in par.*6.*& coram Penia dec.*1079 Klok *de contribution.cap.*12. *n.*74. *&* 87.

Sed vt habeat locum hæc
133 regula debent tria concurrere in ipſo onere impoſito rei, vt ſit certum, inuariabile, & perpetuum, *Abb.d.conſ.*53.*nu.*1. *lib.* 1. diſtinguit autem Abbas inter tributum, quod poſſumus dicere reſponſionem certam, annuam, ſiue canonem, & inter collectas Cõmunitatis, quæ ſolent alterari ſecũdum diuerſitatem temporum, & opportunitatis, & ſequitur Imola, & DD.*in cap. vlt. de vita, & honeſt. cleric.* recenſendo Imola diuerſitatem opinionum in *num.* 16.
134 *ex verſ.vna eſt &c.* & cõcludunt denique omnes quod vbi onera habeant mixturam rei, & perſonæ, nullo modo poſſint eſſe noxia clericis, *Imol. ibid. Bart.in l.reſcripto* §. *fin.ff. de mun. & hon.num.*4. ſed vbi onus eſt
135 infixum ipſi rei debet procul dubio ferri à quolibet ſucceſſore in ipſa re, etiam clerico. *Abb. poſt.Bart.* & alios, quos allegat *d.conſ.*53.*lib.*1.*num.*1.*verſ. certum*
136 *eſt &c.* ſecus autem in collectis, & impoſitionibus extraordinariis etiam non exceſſiuis, quia cum emergant poſtquam res venit in dominium Eccleſiæ, & clericorum non poſſunt cadere ſuper ipſa re, quæ eſt extra laicorum commercium; collectæ autem, tributa, & quælibet impoſitiones, quæ emanatæ fuerant iam antea ſuper ipſis bonis, quæ ideo, quando peruenerunt ad manus clericorum iam erant obnoxia Communitati in tributis, & collectis, ideò remanere pariter obnoxia debent eidem iuri iam antea quæſito, vt concludit pa- 137
riter in hoc caſu *Bart.in d. l. reſcript.* ex inducta opinione *Innoc.in c.poſtulaſti de for. compet.* & affert etiam exempla, cumque refert, approbando *Abb.in dicto conſ.*52. nec redditur dubia hęc opinio, ex quo collectæ poſſint 138
recipere alterationem per augmentum, quia ſaltem pro quãtitate antiqua collectarum remanent firma iura Communitatis in ipſa re; Amplius illud augumẽtum aſſumeret naturam primæ impoſitionis, & tributi tamquam acceſſoriũ, quod ingreditur naturam rei, 139
cui accedit *Rot. in par.* 1. *diuerſ. deciſ.*589.*num.*1. *& coram Ludou. in dec.*132.*nu.*8.*& dec.*544. *n.*14. *& in recent.par.*1.*decis.*391. *nu.*7. *& par.*2.*dec.*94.*num.*3.*Surd deciſ.* 78.*num.*11.*& deciſ.* 88. *num.* 10. *Magon.deciſ.Florent.*34.*num.*4.*& ſequutus eſt Gratian. diſcept c.*446. *num.*28.*& cap.*540.*num.*3. & ac-

O cedens

140 cedens fundo augumentum,
retineri poteſt loco pignoris à
creditore, *Franc.dec.38. num. 4.*
& 6. & idem ius ſtatuitur tam
141 in vno, quam in altero, vt re-
ſpondit *Rota in recent.par.2.deciſ.*
682.num.4.& 7.Grat in dec.213.
Benè tamen diſtinguit *Iaſ. in l.*
ſeruum filij 46. §. ſi procula, ff. de
142 *leg. 1.* videlicet aut accedit ex
facto eiuſdem primi diſpoſito-
ris,& habet eamdem naturam,
ſecus autem ſi accedat facto
alterius *in verſ.fin.ex l.chorus 77.*
§.arca, ff.de leg.3. & ex notatis per
Raphaelem Cuman.& Alex. in d.§.
143 *ſi procula*: vnde vbi augumen-
tum collectarũ proueniret non
ab eodem impoſitore, ſed ab
alio, & poſtquam bona deue-
nerunt ad clericos non poteſt
144 habere eamdem naturam,eoq;
magis ſi fuiſſet factum augu-
mentum re non amplius inte-
gra propter mutationem Do-
minorum, & deueniſſet ad cõ-
ditionem hominis, à qua inci-
145 pere non poterat; Verumta-
men non propterea tollitur
prima impoſitio, quia immu-
nitas ſuperuenientis dominij
clericalis non debet trahi ad
bona, iam regiſtrata in Catasto
ante tranſitum ad manus im-
munes, *Iaſ.conſ.83.col.2.verſ.item*
per tale reſcriptum &c.vol.3. quẽ
refert, & ſequitur *Surdus conſ.*
262.num.13, ſed ſoluere debent
clerici ſuccedentes in ipſa re, 146
ſicuti ſoluebant eorum ante-
ceſſores, *Luc.de Penn.in l.fin.C.de*
exact.tribut. lib. 10. & adſtipula-
tur id, quod ſcribit *Hoſtienſ. in*
ſumm.tit extr.de imm.Eccleſ. nu.3.
verſ. ſed prius dictum &c. expo-
nens de cenſu, & tributo certæ
rei impoſito, & melius con-
currit conſideratum *à Bald. in*
l.placet C. de ſacroſ. Eccl. qui re-
gulariter affertur in contrariũ,
ipſe enim *in d. l. placet num.* 11.
verſ. ego dico &c. firmat, quod 147
Eccleſia tenetur ad collectam
indictam antea ſuper bonis,
quæ in æſtimo ſunt, & reddit
ibi rationem, quia ſcilicet eſt
onus iam firmatum, *Barbat. d.*
conſ. 1. num. 55. Ideoque non 148
poteſt tolli prima impoſitio,
quæ dicitur conuerſa in tribu-
tum, *Barbat. conſ.1. num.11. verſ.*
niſi antequam &c. & tranſit cum 149
ſuo onere etiam ad manus Ec-
cleſiæ, vt probauimus, & ſe-
quitur idem *Barbat.d.conſ.1. ex*
num. 9. & ſeq. ſi autem illa pri- 150
ma ſupprimeretur in totum,&
noua collecta, ſeu tributum
imponeretur eo caſu noua pro-
cul dubio non deberetur à cle-
ricis propter reſiſtentiam iuris,
nec deberetur ſolui vetus,quia
ſuppreſſa eſſet, prout de legato 151
ſcribit *Iaſ.in d.§.ſi procula num 6.*
quod videlicet ſi domus legata
diruta fuerit, & in area domus 152

noua

noua ædificata ſit non deberi
vetus, quæ iam diruta eſt, &
propterea legatum extinctum
eſſe, nec deberi nouam, quia
non compræhenditur in lega-
to. Alio in caſu etiam non
153 tenetur Eccleſia ſi v.g. collecta,
ſiue tributum fuiſſet quidem
impoſitum antequam perue-
niret ad manus clerici, & Ec-
cleſiæ, ſed incertè, & indeter-
minatè, quo caſu non poſſet
determinari poſtquam perue-
nit ad Eccleſiam, vel clericum
in illius præiudicium, *Angel. de
Vbald. conſ. 24. verſ. ſed pro collect.*
154 *&c.* At regulariter vetera one-
ra ſemper tranſeunt infixa in
ipſis bonis in quemcumque
ſucceſſorem, adeout nec ad-
mittatur pactum in cõtrarium,
l. 2. & fin. C. ſine cenſ. vel reliq. &c.
155 Cæterum ea, quæ dicuntur de
tributo intelliguntur de colle-
cta, & de qualibet impoſitio-
ne, *Angel. de Vbald. conſ. 24. verſ.*
156 *aut eſt incertum &c.* & omnia hæc
veniunt appellatione cenſus,
vt paſſim *in tit. de cenſib. & C. eod.
tit. lib. 10. & facit d. l. 2. & fin. C. ſine*
157 *cenſu &c.* & nemo poteſt emere
fundum cenſui obnoxium,
quod nõ ſubeat onus ipſi fun-
do inhærens, *l. 2. & paſſim C. ſine*
159 *cenſ. vel reliqu. fund. comp. non poſſ.*
& debet Eccleſia ſubire onera,
quibus ſubiecta erant bona, ex
quibus quælibet metrocomia,
ſiue mẽſura terreni certa qua-
dam rata fructuum fuerat legi-
timè collectata à Prrncipe,
*Bart. in d. l. placet num. 10. verſ. in-
dic.* vel ex Statuto (& eo for-
tius) quia illius diſpoſitio æqui-
paratur ſtipulationi, notat *gloſ.* 159
in rubr. C. de decret. Decur. lib. 10.
quam refert, & ſequitur *Bald.
in conſ. 2. num. 5. lib. 1. ex l. 1. ff. de
legib.* & reddit rationem, quia 160
fiunt per interrogationem, &
reſponſionem ſingulorum ho-
minum, vnde remanent hy- 161
pothecata etiam ſingulorum
bona pro impoſitis collectis:
Et propterea tenentur clerici,
ſi ſuccedant in hæreditate ci- 162
uium laicorum vt ſupra obli-
gatorum, quia videlicet quan-
do peruenerũt in clericos fue-
rant iam obligata, & hypothe-
cata pro præſtationibus, & col-
lectis ab Auctoribus clerico-
rum, prout in caſu Statutorum
Communitatis Florentiæ con-
ſuluit *Angel. de Vbald. conſ. 206. ex
num. 2. verſ quidquid autem ſit &c.* 163
vltra quod ſi ex prædictis bo-
nis obligatis, & hypothecatis
vt ſupra recipit commodum
clericus, & illis fruitur, debet
etiam recipere eorum onera,
& hoc ipſa ratio ſuadet, *Cle-
ment. prima de cenſ.* & ipſa æqui-
tas requirit, vt diſcurrit *Diuus
Gregor. in epiſt. 42. vltra prædictã
Clement. 1. de cenſ. iuxta vulgatam*

l. ſecundum naturam &c. ff. de reg.
164 *iur. Anchar.conſ.96.num.*6. Equi-
tas autem eſt ſubſtantiua qua-
litas præcipuè Iuris Canonici ,
vt notiſſimum eſt,ſicut pariter
non ambigitur Eccleſiam eſſe
cultricem iuſtitiæ , *Diu. Gregor.*
*epiſt.*11. *ad Iulianum in c. quæren-*
dum, ex §. nam & quippe de pœnit.
diſt. 2. *cap.* 1. *§. ſed diuerſam , de*
alien. feud. Mantic. de tac. & amb.
*lib.*13.*tit.*46.*num.*16,*Vaſq. illuſtr.*
*controu. lib.*1. *cap.*7. *num.*1. *Tho-*
165 *ming.conſ.*9. *num.* 77. *& conſ.*33.
*num.*22.*vol.*1. *Weſemb. conſ.*121.
vol. 1. *Oldendorp.*1. *conſ. Marp.*5.
*num.*25.*Io.del Caſtill.*2.*quotid con-*
*trou. iur. cap.*5. *num.* 43. *Klok de*
*contribution.cap.*12.*num.*219 Vn-
166 de illud Chriſti Domini, reddi-
te quæ ſunt Cæſaris Cæſari , &
facit *cap.*1.*§. ſed diuerſum de alie-*
nat. feud.in vſibus feudorum , Bar-
*bat.conſ.*1.*num.*5. *verſ. cum Eccle-*
*ſia lib.*3. Sed de iure,clerici non
167 tenentur contribuere in graua-
minibus Reipublicæ, niſi in
certis caſibus expreſſis *in d.cap.*
non minus , & in ſimilibus iuri-
168 bus; ſed benè laici ſubditi con-
tribuunt ; & contributio ad fa-
uorē Reipublicæ grauatæ con-
ſiſtit ex æquo, & bono , illa ſi-
169 quidem eſt ad inſtar Matris ,
ſuorum ciuium , eique tenen-
tur ciues ſuccurrere; & ratione
reſpectus, & charitatis æquipa-
ratur Eccleſiæ ; *l. fin. C. de ſa-*
croſ.Eccleſ.Bald. in d.cap. clerici de
*iudic.num.*2.*in fine, Anchar.conſ.*11.
in num. 5. Onera enim ordi- 170
naria ,& neceſſaria ſubſtenta-
tionem ciuitatis, et ciuium re-
ſpiciunt : rationem iuſtitiæ , et
æquitatis prohibitionis aliena-
tionis bonorum in Eccleſiam 171
intelligemus, quando non in-
ducatur ad diminutionem li-
bertatis Eccleſiæ , vt dicunt
Bald.in d.c.clerici, Anchar. in dicto 171
*conſ.*11.*& Barbat.in d. conſ.*1.*tom.*
3.*& vid. conſ.* 14. *tom.* 1. *paſſim* ,
adeout concludat idem An-
char.in caſu conſimili,obligari 172
Eccleſiam etiam pro impoſi-
tionibus realibus futuris , ſed
pro rata tantum poſſeſſionum
laicorum ad eam deuolutarum
*in d.conſ.*303.*num.*5.et conſuluit
idem Barbat. loco cit. num. 26. ex 173
Ancharan.et Bald.poſſe ciuita-
tem præiudicare Eccleſiæ in
quærendis , et valent præmiſſa 174
contra clericos , etiamſi clerici
acquirerent mediante emptio-
ne, ſiue permutatione, aut per
vltimam voluntatem , quod
firmat *Andr.Barbat. d.conſ.*1. vbi
refert *conſ.*206. *Angel. in d. cauſa*
Florentina , et ex illius doctrina
monetur *num.*16.bona nō obli-
gata (vt ipſe ſubdit) per quaſ-
cumque , aut qualeſcumque
manus ambulent,vel quocum-
que titulo decurrent , ſemper
ambulant, et decurrunt cum 175

ſua

ſua cauſa, *l. ſi conuenerit,§. ſi fundus,ff de pignorat.action. & l. ſi debitor,ff.de diſtract. pign. l. ſi prædiũ ff de euict.d.l fin. C.ſine cenſu , vel reliquis &c. Angel.d.conſ.*106. *n.*2. *verſ. quicquid &c.* et propterea
176 concludit ex d.doctrina Angeli, quod bona obligata pro præſtātijs ſoluendis communi Florentiæ remanſerunt obligata ad id poſtquam tranſiuerunt
177 in hoſpitale *ex l. incola in gloſſ. ff. ad municip.*quam adducere Angelus ſcribit *Bart.loco cit. nu.* 17. vbi teſtatur de tuta conſcientia, et confirmat *Luc.de Penn. in d.l. fin.* quem ſequitur *Remig.de Gonny in tract.de charitatiu. ſubſid.* Quo vero ad diſtinctionem certæ,vel incertæ impoſitionis; Certa dicitur v.g.duodenaria
178 pro tornatura quolibet anno etc. *Angelus ibidem verſ. nam vt collecta &c.* Incerta autem eſt illa, quæ indeterminatè,et quod
179 vbi ex ſtatuto diſponitur, vt v.gr. pro certa menſura terræ ſoluantur decem in perpetuũ quolibet anno, quod eſſe tri-
180 butum firmat *Bald.in l.finali n.*8 *C. ſine cenſu , vel reliquis &c.*

Vnde concludendum eſt pro
181 validitate collectarum,et onerum realium contra bona clericorum, vt refert *Bonon. in ſua ſententia vini vectigalis fol.mihi* 23
182 *ex num.*18. eaque maximè,quæ ſuper eis fuerunt impoſita antequam ad clericorum , et Eccleſiæ manus peruenirent, *idem*
*Bonon. fol.*132. *ex num.* 25. *verſ.* 183
primo modo &c. dum habeant certitudinem, inuariationem , & perpetuitatem, vt ſupra præmiſſum eſt, & teneri clericos, & Eccleſiam ad ipſa onera, tributa , & impoſitiones ordina-
rias,liquet *ex l.neminem,C. de ſa-* 184
croſ.Eccleſ. ex d. c. ſi tributum 11. *q.*1.*ex c.generaliter* 40.§.*nouarum, vers.poſthumo nihil &c.* 16. *qu.*1. *& facit l.de ijs C. de Epiſc. et Cler. Abbas in d.c.non minus in num.*16 *verſ. ſed ego diſtinguendo &c. de immun. Eccl. per c.dilecti de don. et per c.quanto de cenſ.* quod firmat
ibidem Abb.tam proueniendo 185
ex diſpoſitione priuatorum , quam ex diſpoſitione publica,
maximè in ſoluendo vectigali, 186
quod eſt onus mere reale.*l.Imperatores ff de publican. & vectigal.*
maximè in oneribus ordinarijs 187
pro vijs, & pontibus &c. debitum ab eccleſiaſticis exigeudũ; *l.ad inſtructionem, & l.neminem C. de Sacroſ. Eccleſ. d. l. nullus C. de curſ.publ. lib.*12. & vbique DD. cum cæteris ſupra latè recenſitis,& pleniſſimè ſcribit *Andreas Barbat.in d.conſ.* paſſim,& diffuſe, & reſpondit optima ratiocinatione ad cōtrarias opiniones, ac præcipuè ad *Abb. & Bald.* & potiſsimum vindicant
ſibi locum præmiſſa vbi agitur 188
de

de communi bono, & vtilitate
tam clericorum , quam laico-
rum, *Barbat.d.conſ.* 1. *num.*56. *ex*
*Anchar.in d.cap.*1. *de immun. Eccl.*
189 *in* 6. *verſ. ſed vlterius circà hoc*:
Eoque fortius pro poſſeſſioni-
bus antea obnoxijs certo tribu-
to, & collectæ, vt probatū eſt,
& additur optimus *tex.in d.cap.*
generaliter §. *iuxtà Sanctionem* 16.
*quæſt.*1. *ibi.* fundos,& mancipia
veſtra nullus nouis collationi-
bus obligabit &c. vbi *gloſſ. in*
verbo collationibus &c. exponit
de extraordinarijs , vel ſuper
indictis nouis collationibus,er-
go à contrario veteres collatio-
nes nō prohibentur, quia con-
191 trariorū contrarij ſunt effectus,
*Ariſt.lib.*5*.polit.c.*8*.circa princ.*no-
ua autem vectigalia prohibuit
etiam Concil. Lugdun.ſub Bo-
nifac.VIII.Sum.Cōcil.fol.mihi
557. Eis autē,quæ firmauimus
contra clericos non obſtant iu-
ra, quæ communiter pro parte
eorum allegantur , inter quæ
viget *d c. non minus extr. de imm.*
Eccl. deſumptum *ex Concil. La-*
*ter.*quia *in d. c. non minus &c.* re-
192 darguit S.Concilium inuaſam,
& penè ſuppreſſam iuriſdictio-
nem Eccleſiæ à laicis, & onera
extraordinaria exceſsiua citra
iuris rationem ab eiſdem im-
poſita clericis, & eccleſijs, &
angarias ; vnde iuremeritò,hæc
enim omnia prohibentur dire-
ctè , & ſimpliciter imponi a
laicis, tam de iure diuino, *vt in* 193
*ſac. pag.numer.cap.*3*.et* 8*.et Eſdra*
*ex cap.*4. *et* 5. quam de iure na-
turę, *vt ex Iulio Cæſ.in ſuis Com-* 194
*mentar.lib.*6. quam etiam de iu-
re canonico, *vt in d.c.non minus,* 195
et c.aduerſus de immun. c. peruenit
86. *diſtinct. c quamquam de cenſib.*
in 6. & alijs iuribus ſupra rela-
tis; vnde improbat exceſsiuita- 196
tem S.Concilium Lateranenſe,
vt legitur in tex. ibi: Iſti autem
onera ſua fere vniuerſa impo- 197
nunt Eccleſijs &c. & ibi : Et
tot angarijs &c. & ibi : De bo-
nis Eccleſiarum , & clericorū,
& pauperum Chriſti vſibus de-
putatis, volunt ferè cuncta
compleri &c. & ibi: Iuriſdi-
ctionem etiam,& auctoritatem
Prælatorum , ita euacuant , vt
nihil poteſtatis eis in ſuis vi-
deantur hominibus remanſiſ-
ſe &c. iuncto ibi : Fieri de cæ-
tero talia prohibemus &c. vi-
delicet talia exceſsiua onera 198
ſupra diffamata; verbum enim
talia eſt relatiuum , quod ideo
reſtringitur ad ſupra diſpoſita, 199
vt ex doctrina *Rotæ coram Ludo-*
*uiſ.deciſ.*433*.nu.*9*.&* 10. *cum con-*
cordantibus, & confouet hoc ex-
poſitio *Abb.in d.cap,non minus in*
*num.*1. ibi : Prima pars manet,
et aggrauat horridam oppreſ-
ſionem Eccleſiæ &c.et vlterius
ibi : ſed iſti omnia onera ſua

fere

fere imponunt Eccleſijs, et iuriſdictionem eccleſiaſticam ſibi in totum vſurpant &c.

200 Et propterea cum diſpoſitio *d. c. non minus*, reſtringatur ad actus exceſsiuos, et irrationabiles, non poteſt amplecti cæ-
201 teros caſus ordinariorum onerum, vt de reſtringente ſe ad vnam actionem, quod non poſsit extendere iudicium in aliam cõſuluit *Signorol.conſ.*250. *num.*3.*verſ ſed eſt deductum* &c.et dici ſolet,quod vt cognoſcatur
202 intentio diſponentis, vidẽdum eſt quo nomine agatur; actus enim agentium non operantur
203 præter eorum intentionem, *vulgata l. non omnis ff. ſi cert.pet. l. in agris ff.de acquir.rer.dom.* Alex. *conſ.*118.*lib.*2. *n.*13. & reſolutio
204 quantumuis generalis reſtringitur ad expreſſa: *O'drad.conſ.*184 *n.*9.*verſ. nititur etiam &c.* ſicuti abſolutio ſententiæ generaliter
205 diſponens, reſtringitur ſolum ad cauſas expreſſas, *Bald. conſ.* 411.*lib.*5. Alia ratio dicendi in *d. cap.* non minus fuit, iuriſdictio eccleſiaſtica, vt indicaui ex textu, ex quo laici procedebant contra clericos, et Eccle-
206 ſias in materia onerum, non ſolum in petendo,ſed etiam in iudicando, vt ibidem, et *d. c.* aduerſus quod, pariter non obſtat noſtro negotio, quia non intendimus defendere iuriſdictionem laicorum in genere contra clericos, ſed oſtendere, quod mens ſacrorum Conciliorum, et Summorum Ponti- 207
ficum,in materia collectarum, et tributorum, non fuit eximendi clericos, et Eccleſias à legitimis, et honeſtis ſolutionibus onerum pro bonis immobilibus, quæ poſsident, vltra quod recognoſcunt hoc à legi- 208
bus humanis; lex enim diuina dedit eis ſolum decimas, et primitias, vt diſcurrit *Bald. in d.l. fin. num.* 12. *C. ſine cenſu &c.* & propterea debent regulari ab humanis diſpoſitionibus in caſibus, de quibus ſupra ratiocinati ſumus. Quæ quidem intentio iuris canonici benè de- 209
ſumitur *ex d.c.non minus, et ex d. c.aduerſus*, quod pariter eſt deſumptum ex Concilio Lateranenſi, ibi enim cauſa mouens 210
Patres fuit rigor in exigendo taleas, et collectas, et nimis grauari clericos per impoſitas collectas, et taleas exceſsiuè,et iniuſtè à laicis,vt in principio, et paulò inferius in verbo aggrauare, quod denotat 211
exceſsiuitatem oneris, quia grauare eſt onerare, *vt ex Calep. in verbo Grauo*. Vnde verbũ aggrauare auget impoſitionẽ, 212
& *Liu.lib.*7. *de bello pun.*2. ſcripſit, inopia aggrauari ſubditos &c.

Atque

Atque idem animi motus
213 Patrum S.Concilij in d. c.non
minus, et d.c.aduerſus fuit in
Summo Pontifice Alexan. IV.
vt ex cap. 1. de imm. in 6. in illis
verbis: quibus in illis commiſſa eſt
executio iuſtitiæ ſecularis moleſti
ſunt, nimium Eccleſijs ſuper pluri-
bus, & infeſti &c. & ibi: *totque*
temerarijs auſibus &c. quia vide-
licet inuadebant Scabini, ſeu
214 Conſules iuriſdictionem eccle-
ſiaſticam, et opprimebant cle-
ricos exceſsiuis, et exorbitan-
tibus taleis, et collectis, vnde
improbat Summus Pontifex
eorum temeritatem, et iniuſti-
tiam, vt præcipuè *in eodem cap. 1.*
in fine princ. ibi: *Ac deteſtabilis*
malignorum audacia, & inſolentium
nefaria temeritas propulſetur &c.
quinimo denotant prædicta
verba prolata à Papa exceſsi-
uitatem non modo, ſed & atro-
citatem actuum propter ver-
bum *infeſti* ex Græcis verbis
215 ἀγιαςὸς κεταιος pluſquam inimi-
cum ſignificantibus, et notauit
Nonius latrocinium eſſe infe-
ſtationem, & *Cic. lib. 3. de Repub.*
216 Maris latronem vocauit infe-
ſtum, et propter verbum dete-
ſtabilis, quod denotat maledi-
ctionem, et abhominationem,
vt ex *Cic in offic. nulla tam deteſta-*
bilis peſtis &c. et verbum *maligno-*
rum &c. quod denotat qualita-
tem ſceleris, vt aduertit *Calepin.*
in verbo malignus, additis alijs
verbis deteſtationibus, quæ ſa-
tis conſiderāda ſunt tamquam
prolata à Papa, qui curam ha- 217
bet Eccleſiarum, *d. cap. 1. circa*
fin. princ. c. 1. in extrauag. de Imm.
vltra quod loquitur ibidem
Summus Pontifex in caſu no- 218
uarum collectarum impoſita-
rum ſuper bonis clericorum
poſt illorum acquiſitionem, *vt*
d. c. 1. in § volentes, ibi, *poſſeſſio-*
nibus ab eiſdem Eccleſijs, vel perſo-
nis eccleſiaſticis legitimè hactenus
acquiſitis &c. & dictio hactenus 219
denotat præteritum vſque ad
diem actus, *l. 1. in princip. ff. de*
oper. nou. nunc. Grat. cum pluri-
bus quos allegat *in diction. 72.*
quo ſenſu narrat Summus Pō-
tifex inducta grauamina *in. eod.*
cap. 1. in §. ſanè intelleximus, ibi,
prætextu bonorū quæ acquiſiuerunt
&c. vt in ſimili recenſet Gra-
tianus Conſtitutionem Leonis
Imperatoris *in c. generaliter 16.*
quæſt. 1. in §. nouarum, & inferius
ibi, *nihil extraodinarium ab hinc*
ſuper indictum nè flagitetur &c.
Exceſſum gabellarum exagerat
etiam Bonifacius Octauus *in* 220
c. clericis eod. tit. in 6. vt aduertitur
ibi in ſummario, quod ſcilicet
Summus Pontifex improbat
exceſſus laicorum in impoſi- 221
tione collectarum, & tallearū
contra clericos, vt *in princ. d. c.*
clericis, ibi, *clericis laicos infeſtos*
&c.

*&c.*cuius verbi ſignificationem
expoſui denotare atrocitatem
222 ſupra *in vers.quinimo*, quod au-
getur dum ſequitur poſt dicta
verba, dictio, oppido, quæ à
gloſſ. interpretatur valde iun-
cto inde inferius ibi, *ad illicita*
frena relaxant, nec prudenter atten-
dunt, quam ſit eis in clericos, eccle-
ſiaſticaſque perſonas, & bona inter.
dicta poteſtas &c. quorum ver-
borum ſenſus eſt (iunctis prio-
ribus verbis) vt non imponan-
tur collectæ irrationabiles, &
223 nouæ, vt diximus, & quod pro
collectarum exactione contra
clericos, et eccleſias non adea-
224 tur poteſtas laicalis, ſed eccle-
ſiaſtica, vt paſsim deſumitur
ex toto *eod.c.clerici*; vnde hoc
pariter non obſtat quinimo
225 correcta fuit conſtitutio huius
c.clericis à Summis Pontificibus
226 ſucceſſoribus, confirmantibus
totam rem impoſitionis, ac
exactionis collectarum in di-
ſpoſitis in Cõcilio Lateranen-
ſi, ſcilicet *d.c. non minus*, ſed ge-
neraliter *in d. c. aduerſus, vt ex*
conſtit.Clement.V. in Concilio Vien
nen.anno 1311. *relat. in Clement.*
vnic.eod.tit.de immun. et ex conſtit.
Benedicti XI.relata in extrauag. 1.
eod.tit. Clemens ſiquidem re-
227 uocauit in totum *in d.Clem.vn.*
& Benedictus reformauit, vt
in d. extrauag. cap. 1. *de immunit.*
quod concinnè recenſet *gloſſ.in*
d.c.clericis; Lateranenſium igi-
tur Conciliorum conſtitutio-
nibus fuit à nobis data reſpon-
ſio *in verſ. nec obſtant iura &c.* et
eadem reſponſio accommoda-
tur cuiucumque iuri pro cleri-
cis expreſſo, et ponderato. 228

Soluet igitur tributum cle-
ricus, ſeu collectas in caſu re-
rum deſcriptarum in cataſto,
et æſtimo antequam venirent
ad manus ipſius.

Bona prædicta exactioni col- 229
lectarum, obnoxia eſſe conue-
niunt omnes communiter, vt
probaui, et ſequitur *Bald.in d.l.*
fin. C. *ſine cenſ. vel reliquis &c.*
num. 11.*et* 12.et reddit ibi ratio-
nem, quam indicaui ſupra in
reſponſ. ad c.aduerſus extra de im-
*munit.Surd.d. conſ.*262. *et* Barbat.
*d.conſ.*1.*lib.*3.*paſſim per totum*, vbi
plura ponderat, et explanat, ac
plurimos citat. Ideo ponemus 230
hanc veram, et amplectendam
concluſionem, clericos non
eſſe collectandos à laicis pro
tributis, et impoſitionibus ſu-
per bonis eorum inconſulto
Summo Pontifice. Quo verò 231
ad exactionem onerum realiũ
ipſis competentium, vel one-
rum ordinariorum ab Eccleſia
permiſſorum conueniendos eſ-
ſe, ſed corã eorum Ordinario,
& diſtinctionem eſſe faciendã
inter onera tributi, & onera
collectæ deſcriptæ ſuper certis

bonis in cataſto, & æſtimo Cõmunitatis; & ſciant generaliter clerici honeſtè eos viuere debere, & tantum poſſidere, & habere vt modeſtè viuant, *c.de his, et c. ſi monachus* 16. *qu.* 1. Klok *de contribution.cap.*10.*n.*48.

Quoad immunitatem clericorum in genere collectarum ordinariarum, vel extraordinariarum perſonalium, vel realium, diximus, nunc verò flectere eo fortius poſſumus ad
232 taxas pro inſtructione, & reſtauratione viarum, ſcilicet teneri clericos, et Eccleſiam etiã ad ſolutionem taxarum pro inſtruendis, & reſtaurandis viis, & pontibus, *vulgata l. ad inſtructionem, C.de Sacroſ.Eccl.* cum eis, quæ latius ſupra deduximus;
233 ſed & ad ſolutionem gabellæ ſi imponeretur ſoluenda ad Portam Ciuitatis pro inſtructione, ſeu reſtauratione viæ publicæ ſentit *Bald.in d. l.ad inſtructionem in num.* 2. *C.de Sacroſ. Eccleſ.Iacob. Butr. in ead. l. ad inſtructionem*, quem citat, *& in cap.*1.*num.*15. *de pace Conſtan.* Af-
234 *flict.de feud.in tit. quæ ſint regalia &c.* vbi et gabellas impoſitas pro refectione murorum Ciuitatis *Bald. in d.l. ad inſtructionem*,
235 aut pro refectione pontium, & viarum, *vt ex d l. ad inſtructionem, et ex c.quamquam de cenſib.in* 6. *tenet Specul. in tit. de cenſib.* §. *nunc dicendum verſ.item pone quædam viciniã &c. Afflict. loc. cit.* & tenentur etiam ad mundãdam 236
viam propter fetorem, *Barbat. in rubr.tit.de rebus eccleſiæ non alienan.c.*21.*verſ.*23.*vide Bald. in l.*1. *C.de contrah.empt. Barbat. in l.nullus C.de curſ. publ.* Quo verò ad 237
forum quamuis iure communi cogi nequeant clerici, & Eccleſiæ per ſæculares Iudices, *c.*1.*de immun.eccleſ. Afflict.in dicto* 238
tit.quæ ſint regalia. Nihilominus in Vrbe, & Statu Eccleſiaſtico clerici tam ſæculares, quam regulares ſubditi ſunt Magiſtratui ædilium curulium, & Eminentiſſimo Cardinali Camerario in ordine ad eumdem Magiſtratum, quod plenè ſtatutum legitur in Conſtitutionibus tot Summorum Pontificũ, vt latiſsimè *Bard. de facult. Magiſt.viar.et iur.protomis.* præcipuè in motu proprio ab eodem per extenſum deſcripto Pauli III. qui ibidem priuatiuam declarat iuriſdictionem prædictã Magiſtratus ædilis, ibi, *ipſi ſoli &c.* & ibidem præfatus Sum- 239
mus Pontifex expreſsè voluit inducere priuatiuam iuriſdi- 240
ctionem; dictio enim ſolus excludit omnes alios, *Grat. dict.* 254. ideoque priuat, vt de dictione ſolum *id. Grat.dict.* 255. *n.* 2. *per c. cum Eccleſia extr. de cauſ. poſſ. et propriet.* & idem Sum-

Summus Pontifex Paulus Ter-
tius in eodem Chirographo re-
241 cenſet, & confirmat alios mo-
tus proprios ſimiles Martini
V. Eugenii IV. Sixti IV. Alex.
VI. Iulii II. & Leonis X. ac
aliorum, & quotidie practica-
242 tur in Vrbe. Nec valent extrà
eam ordinarij eccleſiaſtici im-
pedire, quia ita mandat Sum-
mus Pontifex ſupremus Prin-
ceps,& debẽt Ciuitates,& loca
ſubdita ab Eccleſia Romana
normam, & regulam ſumere,
eamq; ſequi, & amplecti iuxtà
illud, Regis ad exemplum to-
tus cõponitur Orbis, & maxi-
243 mè reſpectu iuriſdictionis Ma-
giſtratus ædilium, qui comple-
ctitur, vt alias præmiſimus Sa-
cram Congregationem Emin.
Cardinalium ſuper vijs &c.
Emin. Camerarium, Illuſtriſſi-
mum Præſidem, & Illuſtriſsi.
mos DD. Magiſtros Viarum.
244 Qui quidem Magiſtratus ædi-
lium neceſſarius eſt in Repu-
blica, vt deſumitur ex Bulla
pluries ſup.allegata Martini V.
& ſupponunt idem omnes Sũ-
mi Pontifices, vſque in præ-
ſentem diem in eorum conſti-
tutionibus, & motu proprijs
paſſim pro tempore factis in
hac materia reſpectu viarum,
245 ædificiorum, & ornatus Vrbis
Romæ, cuius quidem Magi-
ſtratus iuriſdictio erat antiqui-
tus vſque ad centeſimum lapi-
dem, *l. 1. ff. de offic, Præf. Vrb.* quid
quid hodie dicatur reſtricta 246
ad quadrageſimum lapidem
illa ſpecialis DD.Magiſtrorum
viarum, vt recenſet D. Cardi-
nalis Tuſcus in litera R. con- 247
cluſ. 366. & vltra diſtrictum
vbiq; per Statum Eccleſiæ ex-
tenditur, vt præmiſimus,& in-
fra aduertemus: Debent deni- 248
que cuncti normam, & ordi-
nem ſequi Eccleſiæ Romanæ,
quæ eſt omnium aliarum Ec-
cleſiarum Mater, & Magiſtra, 249
c. fin. de foro comp. eſtque ſupe-
rior, & omnes Eccleſiarum
Epiſcopi eam tamquam Matrẽ
& Caput venerantur,& ad eius 250
recurrunt præſidium, *vt ex c.*
omnes Epiſcopi cum duobus cc. ſe- 151
quentib. et paſſim 2. qu. 6. & curam
aliarũ habet à qua omnia iura 252
exeunt, & ad eam redeunt, vt
diſcurrit *id. Tuſc. d. lit. R. concluſ.* 253
363. & conferunt deducta per
Oldrad. conſ. 172. in princip. num. 4.
et conſ. 244. num. 8. vers. item obie-
ctus &c. et vers. non obſtat ſi dicatur
etc. & errare non poteſt, vt latè
Feder. de Sen. cons. 131. caſus talis
etc. in princ. Extenditur igitur, 255
vt præmiſeram, Iuriſdictio
Magiſtratus totius, vbique per
totam dictionem eccleſiaſticã,
vt de Emin. Camerario ſupra
ſatis, ex conſtit. Sixti IV. re-
cenſui, & de S. Congregatione

Emin.DD. Cardinalium ſuper
vijs, pontibus &c. liquet ex
alias allegata Conſtitutione 73.
congreg.13. ſa. me. Sixti V. ſi-
cut & Illuſtriſs.D.Præſidis via-
rum ex Bulla ſa. me. Leon. X.
la 24. *Bullar. nou. tom.*1. qui re-
præſentat totam Cameram.
Nunc autem, antequam de
alijs perſonis immunibus lo-
quar reſpectu viarum, non in-
cōgruè interponere cēſui quæ-
dam reſponſa cum reſolutione
in cauſa, quæ in materia Taxa-
rum pro vijs, & immunitatis
ventilata fuit; reſoluta tamen
in prima inſtantia ad excluſio-
nem immunitatis, earumque
tenor eſt, vt infra ſequitur.

CIVITATES Aſculi, et Mon-
256 tis Alti, eiuſque Præſidatus ad-
ſtringi non debent ad ſolutio-
nem taxæ extra Portam Piam,
quia in eis deficit vtrumque
257 requiſitum; nam neque ſunt
de Territorio Vrbis, vt eſt no-
tiſſimum, neque commodum
percipiunt ex via extra Portā
Piam, cum earū Ciues, vt mi-
hi ſupponitur, ingrediantur in
Vrbem, vel per Portam Fla-
miniam, vel per Portam Sancti
Ioannis.

258 Hæc procedunt de Iure, &
fortius in caſu noſtro corrobo-
rantur conſuetudine non ſol-
uendi d. Taxam continuatam
259 per plura ſæcula, vt conſtat ex
perquiſitione taxarum facta
per Notarium, citato Procura-
tore Fiſcali, per quā probatur
negatiua ſolutionis, *Mandell.
cons.789.num.2.Cyriac contr.512.
num.1.Capic.Latr.conſult.68.nu.8.
et 10.et ſeqq.*

Neque obſtat ſolutio facta
de annis 1624. 1648. & 1649.
quia cum tunc immineret pro- 260
ximus annus Iubilei, ſolutio il-
la habuit cauſam, et rationem
particularem, quæ non viget
in præſenti taxa; Conſuetudo 261
enim tantùm habet potentiæ,
quantum actus, *Surd. decis.*131.
*num.*8.*Seraphin.dec.*1040. *num.*2. 262
*Altograd cons.*61. *num.*12. *lib.* 2.
et probari debet in eadem ſpe-
cie, ac concurrentibus eiſdem
qualitatibus, *Cyriac.controu.*201.
*num.*169.*cont.*209. *num.*74. *contr.*
251.*num.*46.*Rota dec.*45.*num.*34. 263
*par.*8. *rec.* Proindeque non ex-
tenditur de caſu ad caſum, *Sur-
dus d.decis.* 131. *num.*9.*Cyriac. d.
contr.*251.*num.* 46. *Rota dec.* 124.
*num.*18. *dec.*722. *num.*28. *part.*4.
*tom.*3.*et dec.*421.*num.*9.*par.*9.*rec.*

Alioquin ſi ſolutio illa con-
ſideraretur vti generaliter fa-
cta, et non in caſu particulari 264
proximi Anni Iubilei vti dif-
formis à tot alijs taxis, non 265
deberet attendi, nec induceret
conſuetudinem, *Rota dec.*97.*nu.*
13. *par.*8.*rec. Ludouiſ. deciſ.* 162.
num. 9. *et ibi Adden. num.*15. Et 256
recur-

recurrendum eſſet ad ius commune, quo inſpecto, hæc pars non tenetur ad ſolutionem ex præallegatis.

267 Hinc patet nos non verſari in terminis exemptionis, ſed
268 in terminis non comprahenſionis; exemptio enim præſupponit antecedentem ſubiectionem, *Oldrad.conſ.*172. *n.*13. *Pæn.dec.* 1074. *num.*5. *Rota deciſ.* 207.*num.*3.*par.*2. *diuerſ.* Gratian. *diſcept.* 918. *num.* 9. *et* 32. Nos
269 autem dicimus, quod hæc pars ſemper fuit libera, & numquã ſubiecta ſolutioni, quod valde differt ab exemptione, *Surd. conſ.*234.*num.*39.

Quare &c.

Angel. Ridolphin. Adu.

COMMVNITATES noſtræ principales tamquam conſtitutæ extra diſtrictum Vrbis nõ adeſt memoria, quod conſueuerint concurrere ad taxas expenſarum factarum pro reparatione viarum intra diſtrictum, niſi in occaſione Sanctiſſimi Iubilei Anni Sancti. Ideò in hodierna
270 taxa videntur grauatæ, & ab ea exgrauandæ, & in earum libertate non ſoluendi ſimiles taxas
271 manutenendæ, etiã contra officiales habentes pro ſe aſsiſtentiam Iuris, vt punctualiter *Poſth.de manut obſeruat* 45. *ſub n.* 22.*verb.Ideoq.aſſiſtentia Iuris non ſuffragatur, Rota poſt eum dec.*646. *n.*56.*verſ.quando enim &c. & dec.* 416.*alias* 2. *ſub n.* 3.*verſ.hæc vero ſi nullus &c. C.de præſcript.in nou.*

Quæ doctrina de plano procedit; ſemper enim eſt manutenibilis poſſeſsio libertatis, 272
non ſoluendi, ſignanter quãdo eſt alicuius temporis conſiderabilis, & pluſquam decennalis etiam ſi reſiſtat ei ius commune, *Rota dec.*595.*num.*4. *p.*1. *diuerſ.& dec.*32.*n.*8.*verſ.ideo etiam ſi poſſeſſio ſit contra ius eſt manute-* 273
nibilis &c. poſt tractatum Poſth. de manut.

In propoſito verò fundatam habemus noſtram intẽtionem in immemorabili conſuetudine non concurrendi ad ſimiles taxas, ex qua immemorabili 274
libertas non ſoluendi optimè reſultat, & illius vigore poteſt allegari melior titulus de mundo talis, qualis de iure requiritur *Vaſquez in tract. quæſt. Illuſtr. cap.*81.*n.*13.*& cap.*84.*num.*10.11. *&* 14. vbi dicit tali caſu eſſe 275
præſumptionem iuris, & de iure, quod præceſſerit legitimus titulus, *Surd. conſ.*262. *num.* 23. *&* 24. vbi quod immemorabi- 276
lis ſufficit ad acquirendam libertatem non ſolum ab onericibus; ſed etiam à ſubiectione, & homagio.

Imo ſat eſſet ad hunc effectũ lapſus quadraginta annorum 277
tex. eſt expreſſus *in l. fin. C. de fund,*

*fund.patrim.lib.*10.*Bart.conſil.*19. *incipit Commune Spoleti vol.*1.*n.*7.
278 vbi quod non poteſt imponi onus ei, qui per quadraginta annos nihil ſoluit, *Bald.conſ.*257. *vol.*2. *Roland.conſ.*5.*num.*58.*vol.*1 *Surd.conſ.*234.*num.*14.

Noſtra autem immemorabilis fundatur in Protocollis taxarum, & libris Archiuij Tribunalis, in quibus factis diligentijs non reperiuntur iſtæ Communitates vnquam deſcriptæ, nec taxatæ ab immemorabili in taxis viarum reaptatarum extra occaſionem An-
279 ni Sancti, vt Notarius fidem facit, quæ omiſſio deſcriptionis concludentiſſimè probat libertatem immemorabilem nō ſoluendi, vt docet *Bart.in l.*1. *C. de exact.trib.lib.*10. *Crauett. conſil.* 111.*num.*13.*Surd.d.conſ.*234.*n.*8. *Maſcard.de prob.conc'us.*834.*num.* 36.*&* *concl.* 975. *num.* 40. *Genua de ſcriptura priuat.lib.*4. *tit. de lib. ration.gabel.num.*4.*Cyriac controu.* 512.*num.*1.

280 Non attentis priuilegijs, & facultatibus ampliſſimis Tribunalis in contrariū allegādis, non .n. derogant immemorabili ſpecialiter, & expreſſe, vt requiritur, & ſine qua deroga-
281 tione non tollitur immemorabilis, iuxta gloſſ. communiter receptam *in cap.*1. *de reſcript. in* 6. *Gabr.concl.*1.*num.*27.*de reſcrip.* *Decian.conſ.*44.*num.*10.*vol.*2. *Rolan.conſ.*59.*num.*17.*vol.*1. *Gonzal. ſuper regul. Cancell. regul.* 8. *gloſſ.* 33.*num* 2.

Minuſque attento, quod in alia penultima taxa anni 1663. 282
Communitas Reatis fuerit taxata, & ſoluerit.

Tum quia taxatio fuit facta in ſcut. 700. & deinde auditis iuribus Cōmunitatis fuit moderata ad ſc. 500. pro hac vice tantum, & ſine prę iudicio quo- 283
rumcumque iurium Communitatis, vt in actis, quæ clauſula præſeruauit omnia iura Cōmunitatis; Adeout potius corruat actus, quam iura agentis, *Mart. de clauſ. par.* 1. *clauſ.* 158. *num.*2.*Put.dec.*6.*num.*1.*&* 2.*lib.*3. *in correct.Buratt.dec.*44.*num.*1.

Tum quia ſolutio fuit facta cum debitis proteſtationibus, 284
& metu mandati, ac executionis, quæ propterea in nihilo præiudicauit, *l. is, qui plus, ff. de condit. indeb. l. qui ſine cauſa ff. de condit.ſine cauſ.Gratian.diſcep.*501. *num.*2.*verſ. adeout, &* *Duran.dec.* 373.*num.*17.*&* 18.*vbi plures.*

Tum quia iſta dedit cauſam præſenti liti; Ideoque non eſt 285
habenda in aliqua conſideratione *Greg. dec.*417. *num.*4. *Rota dec.*200. *num.*22. *poſt tract. de manutent.*

Tum demum, quia dum 286
hic actus ſonat in pati, non induxit

duxit approbationem in Communitate, *Gabr. de appell. concl. 2. num. 23. lib. 2. Scacc. de appell. q. 17 limit. 2. num. 56.*

Ac propterea attento maximè reſcripto Sanctiſſimi pro iuſtitia, eſt locus deletioni è taxa iſtarum Communitatum de iuſtitia, ex ſupra allegatis, prout ſperatur, & ſupplicatur. Quare &c.

Hannibal Simonettus Adu.

Reſponſum autem fuit pro aliis Taxatis ad excluſionem immunitatis Communitatum Aſculi, Nurſiæ, & Reatis, videlicet.

287 AD inſtructionem, & reſtaurationem viæ publicæ omnes indiſtinctè tenentur, *l. abſit, §. 1. de priuileg. Dom. Auguſt. lib. 11.*
288 eiuſque impoſitiones, & collectæ ab omnibus ſubeundæ sũt, iuxta doctrinam *Guidop. qu. 7. Natt. conſ. 215. num. 1. Bald. in l. ad inſtructionem in princ. C. de ſacroſ. Eccleſ.* vt de cenſibus habetur in *l. omne, C de cenſib. lib. 11.* Viarum ſiquidem manutentio opus piũ eſt, & publicum, *Alberic. in d. l. ad inſtructionem in princ. Bouadill. politica para Corregidores lib. 2.*
290 *cap. 18. fallen. 27. ex num. 304.* Et fieri debet expẽſis poſſeſſorum in prouincia, in qua, via, & aggeres reſtaurantur, per taxam pro quãtitate patrimoniorum, *vulgata l. per Bithiniam, C. de immun. nemin. conced. lib. 10.* Neque Clerici, neque Eccleſiæ immunes ſunt à refectione viarum, §. 291
ad hæc ſancimus in auth. de eccleſiaſtic. tit. vulgata, l. ad inſtructionem, & ibi DD. C. de ſacroſ. Eccleſ. DD. in c. non minus de Immun. Eccl. Bouadill. *d. fallen. 27 ex d. nu. 304.* Eo igitur magis tenẽtur laici, qui ea via vtũtur, *vt ex l. 3. § hoc autẽ* 292
verſ. ius autem, ff. de itiner. actuque priu. iuncta l. 1. ff. de via pub. Quales ſunt Communitates aduerſariæ, concurrente potiſſime regula, qui ſentit commodum &c. ex vulgata regula iuris, & eſt obſeruatio *Surdi conſ. 690. nu. 6.* & ratione vſus, & commodi diſcurrit pro concurſu ad ſolutionem taxæ, *Rim. Sen.* 293
d. conſ. 31. ex n. 36. & ſeq. Etiamſi diſtent Communitates vltra diſtrictum ab Vrbe, quia taxa, de qua agitur magna eſt, excedens ſcuta 8000. vt conſtat in Actis, in quo caſu taxantur etiam extra diſtrictuales, vt 294
in taxa longe minori, videlicet 400. florenorum, dixit eſſe magnam, *Rim. Sen. d. conſil. 31. num. 44.*

295 Vnde nulla lege, aut ratione poſſunt immunitatem prætendere à taxis viarum; acceden- 296
te maximè quod iſta prætenſa exaduerſo immunitas vergit in cõſiderabile præiudicium aliarum Communitatum eiuſdem

viæ

viæ, quæ proculdubio grauio-
ri taxa onerarentur contra re-
gulam ſeruandæ æquitatis, *ad*
c.erit autem lex diſt. 4. quod ap-
primè fauet caſui noſtro.
Deniq; non poſſunt præten-
297 dere immunitatem obtinuiſſe
ab officialibus; inhibetur enim
hoc generaliter *in l.* 1. *C. de im-*
mun. nem. conced. lib. 10. *iuncta l.* 1.
C. de operib. pub.
Neque oſtendunt immuni-
298 tatem obtentam à Principe; quinimmo iſte iubet refectionẽ
viarum, & inhibet immunita-
tem, *in l. 2. C. eod. tit. de immunit.*
299 *nem. conced.* & iubet ſolui taxam
pro viis, & pontibus à Ciuibus
300 tamquam de re neceſſaria,
Iuſtin. in §. *ſi qui autem, verſ. ſed*
etiam in Auth. de mandat. princip. &
ibi declarat *gloſſ. in verb. ciuili-*
bus.
301 Eoque magis in caſu no-
ſtro, quia vltimus ſtatus eſt,
quod anno 1648. & 1649. fue-
runt taxatæ, & taxam ſolue-
runt Communitates Aduerſa-
riæ, et Communitas Nurſiæ,
quod fatentur, ex quo actu
302 tollitur etiam excitata præſcrip-
tio, quæ nihilominus contra
noſtra iura publica nullas ha-
beret vires, *l. præſcriptio C. de ope-*
rib. pub. cum ſimilibus; amplius,
prætenſa præſcriptio Aduerſa-
303 riorum fundatur in iure nega-
tiuo, quod ſcilicet non fuerint
taxatæ Communitates, ſed hæc
talis præſcriptio non poteſt in-
cipere niſi à die contradictio-
nis, *Rimin. Sen. d. conſ.* 31. *lib.* 1. *ex* 304
num. 50. *verſ. ad ſecundum, per l.*
hæc autem, & ibi DD. ff. de ſeruit.
vrb. præd. vnde cum nihil obti-
nuerint in contradictorio iudi-
cio, nihil valet non vſus taxan-
di, vt deſumitur ex deductis ab
Alex. conſ. 136. *alias* 135. *lib.* 2. *ex* 305
num. 19. et rationem adducit,
quia per non vſum non tolli-
tur lex, et ius collectandi ex
declaratis *d Cyn. in l.* 2. *C. quæ ſit*
long. conſuet. v. expediti, *Bart. in*
prohemio, ff. §. *& antea*, *cum aliis*
per Alex. loco cit. quinimmo con-
trarium probant actus Aduer-
ſariorum in ſolutionibus fa-
ctis, vt probauimus, et quia
fundamur pro parte Tribuna- 306
lis in affirmatiua, ſufficit vni-
cus actus, *Rim. d. conſ.* 31. *ex n.* 5.
cõcurrente pro Tribunali via-
rum, iuris aſſiſtentia ex dedu- 307
ctis; quemadmodum vnicus a-
ctus ſolutionis ſufficeret, vt Ad
uerſarij amitterẽt priuilegium
immunitatis ſi quod prętende- 308
re valuiſſent, *Feſtaſius de collect.*
in fin. p. 5. *num.* 32. quem refert
Surd. conſ. 262. *num.* 17. *v. dicit vni-*
cam &c. Sed et ex eodem actu 309
reſultat præſumptio, quod Cõ-
munitates Aduerſariæ vtantur
ea via, et ex ea commodum, et
vtilitatem habeant alias non
fuiſ-

fuiſſent taxatæ , quapropter te-
nentur ad taxam,iuxta ſenſum
l.1. ff. de via pub. Rimin. Sen. d.
conſ. 31. à num.36. & ſeqq. etiam
argumento ducto *d. l. ædiles,*
ff.eod.tit.iuncta l.3.§. hoc autem, v.
ius autem, ff. de itin. actuque priu.
Spec.in tit.de cenſ. §. nunc dicendũ,
verſ.ratioque per l. 2. §.vicinales,ff.
ne quid in loc.pub.

310 Vltra quod ſi quam exem-
ptionem prætendere poſſent,
illa remanſit ſublata à ſa. me.
Alex.VII.per eius,d. Conſtitu-
tionem *In ſublimi &c.* 22. Au-
guſti 1656. confirmatoriam
aliarum à Prædeceſſoribus e-
manatarum , nec docetur ex-
aduerſo de aliquo prætenſo ti-
tulo oneroſo,

De validitate taxæ conſtat
311 ex reuolutione Actorum,iuxta
ea, quæ de ſententia firmantur
à Rota coram Caputaquen dec. 260.
par.3.cum concordantib.& Taxa
in ſubſtantia nihil aliud eſt,
quam noſtri Magiſtratus ſen-
tentia, *vt ex Spec.de ſent.ex nu.*2.
312 & quidem manu Regia lata,
qua damnat, aut abſoluit iuxta
ſibi datam à Domino pruden-
tiam ex facultate ei tributa à
ſa. me. Martino V. per ſuam
313 Conſtit.9. *Bullar. nou. tom.1. fol.*
249. & ex auctoritate,et manu
Regia ex Chirograph.ſupra re-
314 cenſitis cap.4. et de ſententia
diſcurrit *Card.Tuſc.lit.S.concluſ.*
106. quæ fertur inter Fiſcum,
Actorem , et Reos taxatos , *vt*
ex cap. forus de verb ſignif. ipſaq; 315
demum materia viarum vali-
dat taxam ex ſupra deductis .

Quare &c.

Alexander Brugiottus Adu.

Exinde proceſſit ſententia
contra prætenſam immunita-
tem anno 1665. ab Illuſtriſs.
Præſide, et D. Aſſeſſore viarũ,
et motiua ſententiæ dedit D.
Hercules de Iudicibus Auditor
Illuſtriſs. D.mei Sacchetti tunc
Prçſidis, quorum tenor fuit vt
ſequitur, videlicet.

DVBITATVM fuit de duobus 316
in cauſa Taxæ refectionis viæ
Conſularis extra portam Piã;
Primum de poteſtate Congre-
gationis taxandi Communita-
tes longinquas extra Diſtrictũ,
& ſecundum, an eędem Com-
munitates ſitæ in diuerſa Pro-
uincia, nec ſentientes commo-
dum, de iure teneantur con-
ferre in d.viæ refectionem.Pro
fundamento horum duorum 317
extremorum ſituationis in lo-
co, & vtilitatis, allegabantur
Petr.Vbald.de collec. num.37. inter
tract. tom. 12. *fol.* 98. *Gilian. ad*
Stat Peruſ.in verb.via num.6.Rim.
Sen.conſ.31.num.47.lib.1. Sola ad
Conſtit.Sabaud.tit.de repar. & ma-
nut.viarum gloſſ.1.num.12.

Quibus addebamus *text. in l.*
forma §. 40. ſi vero, ibi, in ea

Ciuitate profiteri debet, in qua ager eſt, *ff. de cenſ. l.omne 4. ibi, omne Territorium cenſeatur, C. de cenſ.lib.*11.*Auth.de Eccleſ.tit.col* 9 §.*ad hæc*, ibi, dum ſub illa poſſident Ciuitate, ſub qua tale fit opus, & facit quod nemo de-
318 bet duplici onere grauari, *Aymon.conſ.*101. *num.*23. *Franc. dec,* 89. *num.*5. *per text.in l.nauis onuſta,§.cum autem,ff.ad l.Rhod.de iac. dec.*682.*num.*3.*in fin.par.*1.*rec.Cy-*
101 *riac.* qui loquitur etiam quod Communitas ſit ſub eadem ditione, eodemque Principatu, *controu.*154.*num.*5.

319 Inſpecto præſertim commodo, vel vtilitate, quam Communitates negant ex tali refectione viarum percipere, *c. qui ſentit de reg. iur. l. ſecundum naturam. vbi Dec. in princ. ff. eod.* & in puncto viarum ponderat *text.in l. Prætor,§.viarum verſ. refectio*,ibi, Ideò de communi fit, quia vſum, vtilitatemq; communem habet, *ff.ne quid in loco, vel itin. pub.*

320 Pronunciauimus tamen Cõmunitates teneri conferre,quia poteſtas, & iuriſdictio Congregationis eſt clara, vel inſpiciamus, quod taxæ fiunt de ordine Congregationis Eminentiſs. Cardinalium, quibus conceſſa fuit facultas, & omnimoda poteſtas in vniuerſa eccleſiaſtica ditione temporali *Sixt. V. conſt.* 74. *nou. bull. tom.*2.*fol.* 465. vel etiam in ſola Congregatione Illuſtriſs.& Reuerendiſs. Præſidis, qui habet iuriſdictionem 321
ſuper ſtratis tam Vrbis, quam cæterarum Ciuitatum, & locorum ditionis eccleſiaſticæ *ex conſt. Leonis X. la* 24. §.6. *d. bull.* 322
*tom.*1. *fol.*435.de poteſtate verò Papæ eam concedentis nefas eſt dubitari, cum omnis iuriſ- 323
dictio in Vrbe, & tota ditione eccleſiaſtica ſpectet ad Principem, *l.* 1. §. *cum lege, C. vet. iur. enucl. Alex.conſ.*16. *num.*13. *lib.*5. *Rol.d Vall.conſ.*1. *num.*134. *lib.*2. *Abb. conſ.*82. *ſub num.*2. *verſ. hic non obſtan. lib.*1. *Bar.in extrauag. ad reprimen. verb. totius orbis ſub num.*9.*&* 10. & ab eo profluit, & refluit tamquam flumina à mari, & ad mare, *Abb. conſ.*6. *num.*2.*lib.*2. *Capic dec.*9. *num.*14. *Roſental.de feud.cap.*5.*conſ.*5.*&* 8. *num.*3.

Et quia viarum Conſulariũ, ſicut communis eſt vſus ita 324
dicitur commune commodũ, & vtilitas. Vnde commune debet eſſe onus, & concurſus 325
Communitatum ſubditarum, vt clarè deciditur *in d.§.viarum,* cuius diſpoſitio ex intrinſeca ratione retorquetur, & congruit *text. in l.per Bithiniam, ibi, cæteraſque Prouincias, C.de immunit.nem.conced.lib.*10. quem text. perbellè ponderat *Riminal. dicto conſ.*

326 *conſ.31.nu.39.ad 43.* vbi demonſtrat ad expenſas concurrere omnes, qui ſunt de Prouincia, ſcilicet ſub eodem Imperio, nō attento an ſint in Territorio. Quinimo & in noſtro propoſito
327 diſtinguit, quod aut impenſa refectionis viarum, vel pontis, quæ duo in iure parificantur, vt optimè probatur *per tex. in l. ad inſtructionem, C. Sac. Eccleſ. Cepol. de ſer. vrb. præd. cap.70. de ponte num.5. & idem Rimin. d. conſ.*
328 *31.num.27. & 40.* eſt parua; & tunc conferunt ſolùm illi de Territorio, aut impenſa eſt magna, vt in caſu noſtro, quia aſcendit ad ſcut. 8. mil. & iſto caſu pro exceſſu alij etiam remotiores de Prouincia conferunt, vbi allegat *Butr. in ſuo conſilio deciſiuo 13. & Guilel. in l. neminem, C. ſac. ſan. Eccleſ.*

Non obſtant ergo ſuperius allegata pro negatiua, quia corruūt ceſſante ſuppoſito territorij, & non vſus, cum vtrumque probemus iuribus, & auctoritatibus adeſſe.

Nec faceſſit Cyriac. quia & ipſe non impugnat diſtinctio-
329 nem Butrij relatam à Riminal. reſpectu magnæ impenſæ, quin imò admittit data paupertate vicinorum, rurſus nec ponderat authoritates, & iura adducta per Riminal. Vnde ei defferendum non eſt, vt teſtatur idem *Cyriac. contr.50. num.3. & 4.*

Conſuetudo negatiua non releuat; quia non habet requi- 330
ſita contradictionis, nec ſuper ea fuit obtentum in contradictorio iudicio, *Alex. conſ. 136. nu.19. 20. lib.2. Riminal. d. conſ.31. num.49.* & quia ſumus in facultatiuis, *Tuſc. in verb. conſuetudo concluſ. 801. n. 20. & ſeq.* ponit 331
exempla vſq; ad fin. & quia venit caſus, quod pluties iſtæ Cō- 332
munitates fuerunt taxatæ, & contulerunt, & ſic per actus taxationis excluditur conſuetudo, *Burati. dec.23. num.7. & facit Lancell. Gall. conſ.25. num. 28. 30. Cyriac. contr.156. num.12.13.14.*

Nec tandem obſtat, quod 333
taxatio fuit in caſu particulari, vnde non tollit contrariam conſuetudinem, quia hodie non quęritur de inducendo iure ex conſuetudine, ſed de excluſione illius per actus contrarios taxationis, & ſolutionis, qui per ſe attenduntur, & præ- 334
ualent, nec aliter attenditur caſus, vel non vſus, *Riminal. in ſæpe citato conſ.31. num.60.*

Et ideò &c.

Nunc reſumentes diſcurſū noſtrū circa immunitatis ceſſationem à Taxis in materia viarum, ſunt etiam qui perſonalem immunitatem præten- 335
dunt, vt ex priuilegio propter duodecim filios, ſed reijciuntur

tur *per l.reſcripto, §.quadam, ff. de*
munerib.& bonorib.& diſponitur
expreſsè *in l.ſunt munera*, & ex-
plicat ibi *gloſſ. ff. de vacation. &*
excuſ.mun.& in l.neque tempore,C.
*de muner.patrim. lib.*10. & plures
ſententiæ formali iudicio huiu-
ſce diſpoſitionibus coherenti-
bus emanatæ ſunt; cæterum
336 viarum inſtructio, & reſtaura-
tio non eſt munus perſonæ, ſed
locorum, *l.bonor, §.via ff. de mu-*
ner.& honor. ſicut munus hoſpi-
337 tem recipiendi, *l.3.§.munus eod.*
tit. & die 14.Martii anno 1644.
in Congregatione coram Illu-
ſtriſs.D.Preſide reſolutum vul-
gatur non obſtare priuilegia
12. filiorum ad ſe eximendum
à ſolutione taxæ viarum &c.&
inde confirmatum in alia Cō-
greg. ſimili 29.Martii 1645.fa-
cto prius verbo cum Sanctiſ-
ſimo.

Liquet igitur nullum exem-
338 ptum eſſe à ſolutione taxarum
pro inſtruendis, ſternendis, &
reſtaurandis viis, & pontibus,
d.l. ad inſtructionem, C. *de Sacroſ.*
Eccleſ.& d.l. penult.C.de priuileg.
*Domus Aug.lib.*11. *& ibi gloſſ. &*
in l.2.C. de immun. nemin. conced.
339 *lib.*10.*cum concordāt.* adeout nec
ipſe Princeps gaudere voluerit
immunitate indiſtinctè dum
paſſus eſt taxari Domum Au-
guſtam, *vt ex d.l.penult.& d.l.ad*
inſtructionem, præterquam in
genere immunitatis realis ra-
tione ſcilicet bonorum, ſuper
quo voluit etiam reddere ra-
tionem *in d.l. fin.C.de priuil.Do-*
mus Aug. quæ ſanè æqua eſt,&
fouenda, vt conſiderauimus ſu-
pra hoc eod.cap.

Hinc inferendum eſt, quod
illi, qui per gratiam, aut ali- 340
quam conuentionem rationa-
bilem, & correſpectiuam exi-
muntur à Principe à ſolutione
taxarum, gaudent omni gene-
re immunitatis in hac materia,
Et precipuè ſi fuerit expreſſum
in diplomate, ſeu in contractu 341
reſpectiuè, & ratio eſt, quia
perſonalis immunitas trahit ſe-
cum alias ſpecies, iuxtà diſtin-
ctionem, de qua ſupra *in §. qua*
verò ad localem &c. Querendum
tamen à nobis eſt, vtrum idem
Priuilegium Immunitatis ſuf-
fragetur Conductori, & Ceſ-
ſionario ipſius perſonæ immu-
nis, & cum diſtinctione reſpō-
detur; Videlicet aut Dominus
immunis ſolum locat Predium 342
& Plauſtra, aut equos, vel ſi-
mile, quibus vtitur, cum ſuis
iuribus, & dicendum eſt gau-
dere, quia locatio habet in vē- 343
tre ceſſionem, vt emptio, &
venditio, quibus proximatur
prin.tit.inſt.de locat.& cond. l.2. ff.
eod.tit. & ceſſio nihil aliud eſt quam 344
quedam venditio,Imol.in l. modeſti-
nus in princ. ff. de ſolut. maximè

ferendo

ferendo fructus prædii condu-
ćti pro ſuo vſu, non autem
345 cauſa mercimonij faciēdi, quo
caſu vti ſimplex cōductor gau-
dere non poteſt immunitate
perſonali Domini locantis, *ad*
l.ius ſingulare ff.de legib.cum ſimi-
346 *libus*, quemadmodum diximus
de ipſo Domino mercimoniū
faciente rerum ſuarum, vt eo
caſu non gaudeat immunitate,
qua tunc gaudere diximus tri-
347 bus concurrentibus, videlicet,
vt habeat prædium proprium,
vt habeat propria plauſtra, vel
animalia, & vt ducat frumen-
ta, fenum, & fructus proprio-
rum prędiorum, quod ſeruari
audiui ex laudabili conſuetu-
348 dine Tribunalis viarum, po-
tiſſimè quia Immunitas,& pri-
uilegium ſupponitur perſonale
in caſu noſtro,& bona prędicta
& res præſeruatas eſſe ab one-
ribus & taxis contemplatione
Perſonæ immunis, *Aym. Grau.*
conſ.239.num.4. Luc.de Penn. in l.
ſordidorū ad med.C.de excuſ. mun.
lib.10. Iaſ. conſ. 89. col. 2. ad fin.
349 *lib.3.* & non poteſt tranſire ad
alios, *l.3. in fine, & l. forma, §.*
quamquam, ff. de cenſibus, l.1. §.
permittitur,ff.de acqu.quotid.& æſt.
Bart.in l. 1. ff. de mand. Princip.
Gratian. diſcept.276. num. 67. &
diſcurrit paſſim in ſequenti-
bus numeris quando non ex-
350 tinguatur priuilegium cū per-
ſona, vt eſt ſi tranſiret ad hæ-
redes, vbi in eos etiam diriga-
tur, *Bart. in l.1.num.2. ff.de mand.*
Princip. quo caſu tranſibit in 351
ſuos, nón autem in extraneos,
idem Bart.in d.l.1. nu.2. poſt gloſſ.
C.de priuil.dot.

In qua quidem materia im-
munitatis aduertendum eſt eā
non poſſe concedi, niſi ab ipſo
Principe,adeout Conſtantinus, 352
& Conſtantius Imperatores au-
dientes plurimos adeptos fuiſſe
immunitatem à Iudicibus im-
probarunt eam tamquam illi-
citè datam,& ab inde inhibue-
runt in eorum reſcripto ad
Caſulinum *in l.1.C.de oper. publ.*
& Seuerius ſanciuerunt *Gra-*
tian. Valent.& Theod.in l.1. C.de
immun.nemin.conced. & ibi notat
gloſſ. Vnde dignoſcitur non 353
poſſe Magiſtratum concedere
immunitatem à taxis,cum nec
etiam poſſit Princeps ſi reco-
gnoſcat ſuperiorem, maximè 354
concedendo immunitatem in
præiudicium Tertij,vt latè ſcri-
bit *Abbas Panorm.in cap. peruenit*
*extra de immunit. Eccleſ.*prçipuè
à num. 13. & hoc adeò verum
eſt, vt neque per conuentio-
nem videatur poſſe concedi 355
immunitas à Magiſtratu; cum 356
enim Fiſcus ſit ſimilis pupillo,
quia damnoſa illi euitantur,
c.nec damnoſa 25.qu.2.& ad inſtar
minoris reſtituitur, *l.ait Prætor,*
§.bo-

§.hodie, ff. de min. ſequitur dicendum, quod Fiſcus numquam
357 obligetur, niſi accedat auctoritas Principis ſupremi. Et eius auctoritatem non tranſire generaliter in Magiſtratũ ipſo iu-
358 re; diuerſimode enim comittit Princeps auctoritatem Magiſtratibus, & Iudicibus, *ex l.1.2.3. & paſſim tit. ff. de iuriſdict. omn. iud.* & ordinariè, ac cõmuniter aſſumuntur Iudices à Principe in partem ſollicitudinis, non in plenitudinem poteſtatis ex no-
tiſſimis. Cæterum nullus gau- 359
det Immunitate à refectione, & inſtructione viarum, & pontium, vt ex præmiſſis apparet;
Nec quidem illa duodecim fi- 360
liorum, *vt d. l. reſcripto, §. quæ munera, ff. de mun. & hon.* cum alijs ſupra citatis; minuſq; illa Clericorum, vt latè, & repetitè à nobis ſupra recenſitum fuit.

F I N I S.

BIBLIOTECA